40. annorum, sicut adest in impositionibus dominorum contra vasallos.

6 Quarto. † quia cum simus in pœnalibus, & correctoriis iuris communis, imo in quibus ius comæune. & Regium, & primæuus status naturæ resistit, quasi possessio contraria non releuat ab onere probandi, iuxta glossam ordinariam, & communiter approbatam, *in l. secuti. §. sed si quæratur. verb. possessorie, ibi. sustinet vero. ff. si serm. vendiceatur. vt late probauimus. lib 3. pract. quæst. 19. num.* 9. Si igitur probatio requiritur a quasi possidente contra primæuum statum naturæ, merito vt ea, ad minus desideretur, quæ priuilegio principis æquiualeat. & sic immemorialis.

Quinto, quia nostra l. 12. solum excipit titulum iustum, exhibitum intra terminum 90. dierum ab ea assignatum, non vero possessionem, sicut in impositionibus excipit altera illa l. 8. At quasi possessio 40. annorum, de qua agimus, non est titulus, vt constat ex text. *in cap. 1. de præscript. lib. 6.* vbi requiritur titulus, & possessio 40. annorum, ad præscribendum decimas intra alienam parochiam, Ergo titulus, & possessio 40. annorum diuersa sunt.

7 Sexto. † quia si lex nostra hoc vellet, expressisset, sicut fecit, quando id voluit, vt *in dict. l. 8. in impositionibus.* Cum ergo hoc lex nostra non dixerit, censendum est, id noluisse, argumen. *l. vnica. §. vbi autem, ad finem.* ibi, *nam si contrarium voleret... nulla erat difficultas, conuinctum ea disponere. C. de caduc. tollend. text. in c. inter corporalia. de translatione Episcopi. &c. & in c. ad audientiam, de dec. num.* congerit plura concordantia Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo, libertis. num. 3. C. de reuocand. dona. Rolan. a Valle, consil. 68. num. 35. l. b. 4. Beccius consil. 44. & consil. 52. num. 16. lib. 1.*

Modo non obstant fundamenta in contrarium supra adducta. & non quidem primum, hoc est *d. l. 8. tit. 15. lib. 4. noua collect. Reg.* quia illa tantum loquitur in impositionibus, non vero in stanchis, vt patet ex eius litera, & contextura. Hæc tamen diuersa sunt, & dissimilia, & ideo diuersis nominibus nuncupantur, *argum. l. si idem codicilli. C. de codicill.* Nec militat eadem ratio in stanchis, quæ in impositionibus: In illis enim ita æque principaliter præiudicatur, non solum priuatis quibusdam habentibus molendina & furnos, sed etiam omnibus subditis, & exteris, quandoquidem sub pœna compelluntur, & coguntur accedere ad furnos, & molendina dominorum, vel vniuersitatis: non vero in alijs: Quod sit euidens ex eo, quod in præcedenti quæstione resoluimus, cum receptissima sententia requiri, scilicet, prohibitionem factam hominibus, & acquiescentiam, atque patientiam eorum per tempus immemoriale, ad hoc vt ius hoc præscriptione acquiratur contra ipsos, & aduersus alios habentes, vel habere volentes furnos, & molendina: Ergo omnibus supra dictis præiudicatur.

8 † In his vero impositionibus solum præiudicatur subditis, & adhuc in eis tanquam materia odiosa, raro illius l. 8. dispositio obseruata fuit, vt inquit Padil. *in l. si aquam. nu. 41. C. de seruitut. & aqua.* idque iure optimo *secundum Azeued. in d. l. 8. n. 8.*

9 Quinimo, iure communi attento, in eadem specie contrarium est verius, & receptius, nempe dominos in his impositionibus exigendis vlla temporis possessione non posse se iuuare, nisi titulum quoque probent, cum non censeantur omnia illa data animo contrahendi obligationem, sed potius ex quadam familiaritate, aut certe propter dominorum ipsorum timorem, & impressionem, *vt voluit Host. in regula, quod latenter. de reg. iur. vbi Ioan. And. Panor.* qui eam testatur esse communem opinionem Innocent. *in c. bona. el 2. de postul. Prælat.* communis secundum Padill. *in d. l. si aquam. n. 37.* dicentem, se aud. re plerumq; nisos ex hac præscriptione dominos in vtriusq; Regni Prætoriis, & Pinciani, & Granatensi Auditorio condemnari. Eandem sequuntur & communè testantur plures quos congessi *lib. 1. pract. qu. 92. nu. 2.* vbi etiam retuli Greg. Lop. *in l. 6. tit. 23. par. 4. in gl. magna.* & Ant. de Cordou. *in sua summa. q. 11.* idem probantes in foro iustitiæ. & conscientiæ, in terminis *dict. l. 8.* etiamsi immemorialis esset præscriptio: & ibi resoluimus hanc esse valde æquam sententiam. & probabiliorem, nisi probetur a dominis voluntarie, gratuito, & liberaliter absq; vlla coactione hæc fuisse præstita dominis a vasallis. Licet contrarium defendi possit saltem in foro iudiciali, cum aliis, quos etiam ibi retulimus, nempe vt licet hoc non probetur, stante *d. l. 8.* probata immemoriali præscriptione aduersus subditos & vasallos non sit præsumenda vis nec extorsio, quia vsus tanti temporis præsumtionem violentiæ & oppressionis excludit, diximus etiam *sup. q. proxime præced.* Cum igitur in terminis, *d. l. 8.* sola quasi possessio 40. annorum non releuet ipsos dominos, nisi probetur prædicta voluntaria & gratuita solutio vasallorum: a fortiori dicendum erit, nullo modo sufficere quasi possessionem 40. annorum, in terminis nostræ *l. 12.* cum ipsa eam virtualiter reiecerit, atque excluserit; quandoquidem solum excepit titulum iustum ad faciendas prædictas prohibitiones. & stanchas intra terminum 90. dierum producendum.

Ad secundum respondetur, non esse bonam consequentiam: Lex nostra eandem pœnam imponit dominis impositiones exigendo a subditis, & stanchas facientibus. Ergo vtrumque facere poterunt, si sint in quasi possessione id faciendi per spatium 40. annorum: nam instantia hæc datur, quod in impositionibus est lex, quæ hoc expresse cauet, & nihilominus in praxi non obseruatur, vt retulimus: In stanchis vero nulla inuenitur.

10 † At in odiosis & correctoriis non valet, nec curritar argumentum ab identitate rationis, *vt in a. then quæ actionem. & ibi Sas. num. 21. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi quod est vera, & communis conclusio. & regula, quod in correctoriis non est licita extensio etiam ex maioritate rationis, diximus *lib. 2. pract. q. 170 n. 1. vers. non obstat.*

Ad tertium adductum ex Roland. a Valle, respondemus, in contrarium esse magis communem sententiam Dd. vt resoluimus *supra in quæst. præced.* cui meminimus *in princ. secunda principalis sententiæ* tenendæ in hac præsenti q. ad opinionem contrariam Azeued. *in d. l. 8.* Respondemus ipsum ex sup. dictis corruere, cum; includat, & inuoluisse hos terminos, & materiam impositionum, & stanchorum, cum tamen hæc sint diuersa, diuersæque nostræ ll. Regiæ in his loquantur, & disponant. vt vidimus, & sic immerito conclusis noster agit de materia correctionis nostræ l. 12. per illam l. 8. quam uis teneat eam non corrigi per illam, sed debere per eam intelligi, & limitari nostram hanc l. 12. quasi vtraque in eisdem terminis loqueretur, cum tamen agant de diuersis, & ita non oportuit ipsas confundere, Quæ bet enim loquitur in suo casu, & specie: ac proinde non est opus suppletione, nec intellectu. & concordia, ne sint contrariæ, cum eiusmodi non sint, sed diuersæ.

11 Poterit tamen procedere, † opinio Azeued. si adesset titulus habilis ad præscribendum, simul cum possessione, vel quasi 40. annorum legitime, & vt oportet probata, iuxta ea, quæ resoluimus in probanda immemoriali in hac materia, *in quæst. modo præcedente,* tunc enim sufficiens erit titulus, atque iustus ad obtinendum quoque dominos vasallorum, vel communitatem in his stanchis, argumento text. *in c. 1. de præscript. lib. 6.* & in huiusmodi titulo verificabitur dispositio nostræ leg. 12. *in vers. Y si alguna persona ouiere titulo justo, &c.* quod & optime comprobatur ex traditis a nobis.

lib. 3 pract. quæst. 62. num. 11.

cum seq.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Thesaurus quid sit proprie, & duo ad hoc requiruntur, vt in nu. 3.*
2 *Thesauri inuentio dicitur donum fortunæ.*
4 *Pecunia inuenta si ea firmia sit exusta, vt ex illa constet recentis esse memoriæ, non censetur esse thesaurus.*
5 *Thesaurus non censetur quando ex syngrapha, vel instrumento simul incluso, constat de abscondente.*
6 *Pecunia inuenta semper præsumitur esse alicuius certi hominis, antequam constet de requisitis necessarijs ad constituendum thesaurum.*
7 *Thesauri inuentori incumbit onus probandi: non extitare memoriam temporis, quo fuit abscondita pecunia.*
8 *Thesaurus improprie, quid sit.*
9 *Spoliantes sepulcra plena diuitiis apud Indos, tenentur ad restitutionem heredibus defunctorum.*
10 *Thesaurus arte magica inuentus etiam in proprio fundo, est Cæsaris, & Fisci, num. 11. etiam inuentus in alieno fundo malis artibus, contra Alciat. vt in nu. 12.*
13 *Thesaurus inuentus in fundo emto pertinet ad venditorem deceptum, ex remedio l. 2. C. de rescind. vendit. secundum Alciat. sed non est hæc opinio expedita, nec vera, vt hic & nu. 14. & 15. Sed si non sit thesaurus, sed pecunia terræ creditur, venditori est restituenda, vt in n. 16. & in primo casu venditor agere non potest ratione doli, vt in n. 19.*
17 *Thesaurum inuenient in muro, vel pariete domus, vel fundi depositum ab alio, tenetur ad restitutionem illi.*
18 *Thesauri dominium non acquiritur ex sola scientia, sed requiritur apprehensio.*
20 *Thesaurum inuenient artibus magicis, an in foro conscientiæ licite eum retinere possit, donec Fiscus auferat? nu. 21. probatur pari affirmatiua.*
22 *Thesaurus inuentus, non censetur esse in fructu, nec pari fundi, sed Dei beneficium.*
23 *Thesaurum inuenient in loco proprio, siue fortuito, siue data opera, in totum sibi acquirit.*
24 *Leges constituentes, quod thesaurus inuentus in loco proprio cedat Fisco, iniustæ videntur, nisi intelligantur, vt hic.*
25 *Vtile tantum dominium habens inuenient thesaurum eo loco, vbi habet vtile dominium, vt emphyteota, & fundatarius, an eum in solidum suum faciat, sicut habens simul directum & vtile dominium? eloquitur pars affirmatiua contra alios existimantes, diuidendum esse hunc thesaurum inter proprietarium, & emphyteotam, siue fundatarium, & nu. 26. late improbatur tertia quædam opinio Molinæ Theologi.*
27 *Proprietario inuenente thesaurum in fundo emphyteotico, dimidia pars eius sibi acquiritur, & altera dimidia emphyteotæ.*
28 *Thesaurus inuentus ab extraneo in fundo emphyteotico diuiditur inter eum, & emphyteotam.*
29 *Thesaurus inuentus in loco maioratus ab eius possessore, in totum proculdubio suus efficitur.*
30 *Thesauri inuentio sola in fundo proprio an sufficiat ad acquirendum eius dominium, vel an requiratur etiam apprehensio ipsius.*
31 *Possidens continens, videtur etiam possidere contentum in his, quæ sunt sub custodia certi hominis.*
32 *§. Thesauros. Institut. de rerum diuisione intellectus.*
33 *Thesaurum inuenient in fundo sibi pignori dato, vel locato solum habebit dimidium eius vtilitatem inuenturis, & reliquum dominus fundi: sed si de industria illum quærat, & inueniat, totus debetur domino agri, vt in n. 34. idem est dicendum in vsufructuario thesaurum inuenient, vt in n. 35.*
35 *Vsufructuarius nudus si thesaurum inuenient in fundo, in quo habet vsumfructum, acquirit dominium eius; nisi eum inuenerit de industria.*
36 *Thesaurus inuentus constante matrimonio, in fundo dotali cuius erit? & nu. 37.*
38 *Thesaurus inuentus in fundo alieno absque arte magica, data tamen opera, totus domino fundi competit: fortuito tamen inuentus, pro parte dimidia domino agri: pro alia dimidia inuentori: quod procedit etiam in foro conscientiæ, vt in nu. 39. etiam in inuenente thesaurum in agro alieno, adhibita industria, teneatur nam que totum in conscientia domino agri restituere, etiam ante sententiam, vt in n. 40.*
41 *Thesaurus inuentus in fundo alieno ex facultate domini cuius fuit? & n. 42. cum seq. distinguuntur tres casus, nu. 43. 44. & 45.*
46 *L. 3. § si inc. si in locis ff. de iure fisc. & §. thesauros. Instit. de rerum diuis. antinomia pretenditur late dissoluta: sed potius correctio datur.*
Thesaurus inuentus in loco religioso, vel sacro, cui acquiratur, & quomodo hodie apud nos diuidatur? n. 46. & 47. nec non & n. 48.
49 *Thesaurus inuentus in loco Principis Fiscali, vel etiam publico, cui acquiratur? & nu. 50.*
51 *Thesaurus inuentus hodie iure Regio: cuius fiat.?*
L. 1. tit. 15. lib. 6. noua collect. Reg. de intellectu late agitur, d. n. 51. & de eius limitatione, n. 52.
L. 1. tit. 13. lib. 6. noua collect. Reg. de thesauris inuentis agens, an corrigat ius commune? & l. 45. tit. 28. p. 3.
54 *Clausula in fine posita referitur ad omnia præcedentia, præsertim quando clausulæ præcedentes non habent claram, & determinatam dispositionem. secus alias.*
55 *Thesaurus ex totius fere orbis consuetudine ad Reges, & Fiscum pertinet: & an sit valida nec non præd. consuetudo? agitur late pro, & contra. nu. 56. vbi ea tandem defenditur.*
57 *L. 1. tit. 13. lib. 6. noua collect. Reg. secundum Auendan. non habet locum in eo, qui iam inuenit thesaurum, & apprehendit in fundo Regio. quia tunc dimidiam partem habebit thesauri, sed contrarium probatur ex eadem l.*
58 *L. 1. tit. 13. lib. 6. noua collect. Reg. procedit in prudente, & manifestante thesaurum in terminis loci, vbi ipse moratur, non vero extra eos, vel illius territorium.*
59 *Minerali, & venæ auri, argenti, & cuiuscunq; metalli, stando in iure naturæ, sunt domini fundi, & in hoc ipsius: & ideo eo iure non potest quis emere fundum, in quo sit aliquod minerale, quin manifeste illud dominus vendenti: & habet in hac specie locum remedium, l. 2. eum simil. C. de rescind. vendit. vt in n. 60.*
61 *Minerale inuenient in proprio fundo, potest illud sibi reseruare: inuentum vero in fundo alieno totum erit domini agri.*
62 *Minerali cuius sint hodie iure Regio? & n. 63.*

In l. 1. tit. 13. De Thesauris. lib. 6. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO XXXVI.

QVæro primo, † quid sit thesaurus, & qua pars eius iure communi, & nostro Regio inuentori, atq; proditori competat, atq; de intellectu. l. 1. huius tit. 13. & l. 45. titul. 28. p. 3. de thesauris repertis agentium? 1

Quoad primum respondemus, quod thesaurus est pecunia ab ignotis dominis supra hominũ memoriam reposita, *l. nunquam nuda. §. thesaurus. ff. de acquir. rerum dominio.* vbi quod est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non exstat memoria, vt iam dominum nõ habeat: sic enim sit eius, qui inuenit, quod non alterius sit. alioquin si quis aliquid, vel lucri caussa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus, cuius etiam furtũ fit, ideoq; secund. Alciat. *lib. 4. parergon. iuris c. 1.* hæc pecunia dicitur thesaurus, quasi reposita sit in futurum, atq; auctore ICto, hæc pecunia quocunque loco sit, in

nullius bonis est, & idcirco capientis, & inuenientis efficitur naturali quadam ratione, qua ea, quæ in nullius bonis sunt, vt aues, & feræ, capientis fiunt. *§ feræ Inst. de rer. diuisio. cum simil. b. D. Couarru. in regula peccatum. 3. par. 1. §. 2. num. 1. de reg. iur. in sexto. Nauar. in manual. cap. 17. num. 172. Gregor. Lopez. glos. 1. in d. l. 45. a Acued. in hac l. 1. nu. 1. Aragon de iustit. & iure. 2. 2. quæst. 66. art. 5. pag. 426. & Salon de iustit. & iur. dict. quæst. 66. art. 5. col. 1295. Molina Theologus. 1. p. de iustit. & iur. 2. tractat. d. spunat 53. col. 1 post medium. pag 353.* vbi etiam nomine thesauri intelligit non solam pecuniam, sed etiam quæcumque alia mobilia, *vt in l. vnica C. de thesaur. lib. 10.* vbi scriptum legimus, thesaurum esse, condita abignotis dominis tempore vetustiori mobilia.

Dicitur enim † inuentio thesauri donum fortunæ, *l. si quis, 65. § 1. ff. de acquir. rer. dom.* siue donum Dei, *d. l. vnic. C. de thesaur. lib. 10* quasi non humana industria, sed beneficio Dei, & fortunæ offeratur, *vt exponit Petrus Barbosa in l. diuortio. §. si fundum. n. 41. ff. soluit matrim.* 2

Duo igitur copulatiue requiruntur ad hoc, † vt thesaurus propriè dicatur. Primo, quod non exstet memoria temporis, in quo thesaurus fuit reconditus. Secundo, quod ignoretur, quis sit illius dominus, *vt notat in specie August. in l. a tutore, post princip. ff. de rei vend. Burlatus consil. 209. num. 1. lib. 2. Barbos. vbi sup. num. 25. & Molin. etiam vbi sup. d. l. 45. tit. 18. part. 3. vbi: Dezimos que si el tesoro es tal que ningun ome non pueda saber quien lo hizo, nin cuyo es, o gana el señorio dello.* 3

Ex his, † primo deducitur, quod si pecunia inuenta ea forma sit excusa, vt ex illa constet recentis esse memoriæ, non censebitur esse thesaurus, neque inuentori concedetur, *l. a tutore, 67. ff. de rei vend. l. thesaurus. ff. ad exhibend. & ibi gloss. 1. l. si vxori. §. cum ita. ff. de aur. & arg. leg. And. Secul. consil. 39. num. 1. lib. 4. Alciat. lib. 7. Parerg. iur. c. 1. fo. Garsan. tract. de expens. c. 22. n. 56. vers. postremo. Forcatul. dial. 56. n. 4. quæ refert, & sequitur Barbos. vbi sup. sub d. num. 25. ad fin.* 4

Secundo deducitur, † quod etiamsi non exstet memoria absconsionis thesauri, si tamen ex syngrapha, vel instrumento simul incluso constet de eo, qui abscondit, non censebitur thesaurus, ac proinde non acquiretur inuentori, sed potius heredibus absconditis tradetur, nullaque eis opponi poterit præscriptio, quia qui possidet fundum, non ob id censetur possidere thesaurum ibi absconditum, *l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. possessione. & absque possessione nulla potest prætendi præscriptio, cap. sine possessione. de reg. iur. in 6.* ita in specie tenet Connanus, *lib. 3. commentar. c. ap. 4. num. 3.* & Forcatul. *d. dialog. 56. num. 5.* addit Barbos. *vbi supra nu. 26.* quod si absconditis non apparean heredes, Fiscus thesaurum, tanquam bona vacantia, occupabit, *l. 1. & l. penult. C. de bon.* 6 *vacant. lib. 10.* † Additinsuper, quod pecunia inuenta semper præsumitur esse alicuius certi hominis, antequam constet de requisitis necessariis ad constituendum thesaurum, *secundum Baldum in l. 1. post princip. ff. de rerum diuisione.* ac ita illi, qui dicit se inuenisse thesaurum, incumbet onus probandi supra dicta *vt tenet Gregor. Lopez. in dict. l. 45. in gloss. 2. & Auar. Vas. de emphyteos. quæst. 15. num. 8. ad fin.* quod ita explicat Barbos. 7 *dict. num. 26.* † Vt inuentori incumbat onus probandi, non exstare memoriam temporis, quo fuit abscondita pecunia, *iuxta notata in l. si arbitror. ff. de probatio.* hoc enim probato, dicenti illam pecuniam esse suam, vel absconditam a maioribus suis, incumbet probandi onus, iuxta regulam *l. 2. ff. de probatio.* & quod ita tenet Faber *in §. thesaurus. num. 1.* & ibi Angel. *Inst. de rer. diuisione. Platea in l. vnica. C. de thesaur. lib. 10. Bursa. consil. 209. nu. 12. & nu. 16. lib. 2.*

8 Impropriè vero thesaurus est, † vt ex eisdem iuribus colligitur, depositio alicuius pecuniæ, vel diuitiarum in aliquo certo loco, vel lucrificiendi gratia, vel metus, vel custodiæ, vel honoris, vt in sepulcris defunctorum, vel alia de caussa: quæ depositio ex circumstantiis, vel aliqua alia probabili ratione appareat, a quo facta sit, habeique dominum, vel ipsum, qui ibi deposuit, vel ipsius successores, & heredes, etiam si ita facta fuerit, vt dominus ibi deponens timuerit, nihil se deinde ibi inuenturum, *vt Salon in 2. 2. D. Thom. quæst. 66. art. 5. de thesauris abscond. col. 1295.* vbi *col. seq.* concludit, quod thesaurus improprie dictus, & secundi generis non est inuentoris, sed totus est domini, qui deposuit illum, vel eius heredis.

Hinc deducit Hispanos, † qui spoliauerunt apud Indos sepulcra plena diuitiis, teneri ad eas restituendas 9
successoribus illorum defunctorum.

Quod ad secundum, † scilicet, quæ pars thesauri inuenti iure communi, & Regio, inuentori, & proditori competat? Etiam hoc iure communi receptissima, simul & probatissima distinctio est, *teste D. Couarru. vbi supra dict. §. 2. num. 32. tertia pars regulæ peccatum. de regul. iur. in sexto.* quod thesaurus magis arte inuentus in proprio etiam fundo sit Cæsaris, & Fisci, *l. vnica. C. de thesauris, lib. 10. l. nemo. C. de malef. & mathem.* absque arte vero magica inuentus in proprio agro, sit inuentoris, in alieno vero data tamen opera, totus domino fundi competat: Si tantum autem inuentus pro parte dimidia domino agri, pro alia dimidia inuentori cedat, text. ita communiter intellectus, *in §. thesauros. Instituit. de rerum diuisio. & ibi gloss. Faber. & Angel. optimus text. & ibi Doctores, in l. 3. § si in locum. ff. de iure fisci. l. si is qui. §. vltimo. ff. de acquir. rerum dominio. l. 45. tituli. 28. part. 3. D. Thom. 2. 2. quæstio. 66. artic. 5. Florent. 2. part. tit. 1. cap. 15. §. 12. Sylueister in summa verbo inuentum. gloss. & Cardin. a Turrecremata in cap. si quid inuenisti, 14. quæst. 5. & Cassant. in consue. Burgund. rubrica 1. §. 1. numer. 7. cum sequentibus,* quos ad hoc citat Couarruias, *vbi supra*, estque communis conclusio secundum Salon, *de iustitia & iure. quæstione 66. articulo 5. conclusione quarta.*

Sed vt sigillatim circa hanc distinctionem † procedimus, quoad primam partem distinctionis, quæ habet quod thesaurus magis arte inuentus, etiam in proprio fundo, vel alis modis illicitis, acquiritur fisco, vt habet receptissima sententia, quam supra retulimus ex Couarruu. *& d. l. vnica. C. de thesaur. lib. 10. & d. l. 45. tit. 28. part. 3.* probata, quam etiam probant Petr. *de iure fisci. lib. 4. tit. 2. num. 2. Auend. d. c. 4. Prat. num. 33. vers. tertia conclusio. Anton. Gomez. in l. 45. Taur. num. 51. Sylueister in summa, verbo inuentum. nu. 8. Barbosa in d. § si fundum. sub nu. 30.* communis secundum Molin. *de iustit. & iur. 1. par. disput. 56 colum. 1. pag 365.* 11

Limitat tamen hanc modo relatam † communem 12
sententiam Alciat. *lib. 7. parerg. iur. capit. 1.* vt procedat in eo, qui in suo prædio magicis artibus inuenit thesaurum, secus in eo, qui in alieno fundo malis artibus eum inuenit, quia tunc non erit Fisci, sed magis pertinebit ad venditorem, qui deceptus illum fundum vendidit. Hæc tamen declaratio, & limitatio Alciat, quatenus habet, quod quando quis malis artibus thesaurum inuenit in fundo alieno, non est locus Fisco, vera non est, quia indistincte loquitur thesauri per malas artes, in quocunque loco est prohibita & inuentio inde sequuta, est Fisci, vt *in d. l. vnica.* quod est de mente prædictæ receptissimæ sententiæ, dum loquitur ampliatiue, etiam in proprio fundo: & in terminis Alciat. in hoc improbat Ioan. Garsia *de expens. & melior. cap. 22. num. 52.* quamuis Barbos. *vbi supra num. 31.* dicat, eum mentem Alciati non percepisse.

Quatenus vero Alciat. † in prædicta specie resoluit, 13
thesaurus pertinebit ad venditorem, qui deceptus illum fundum

fundum vendidit ex remedio, *l. 2. C. de rescindend. vendit.* quia emtor sciebat in fundo emto esse thesaurum, & venditor ignorabat: eius opinio etiam, non est expedita, nec vera: non est expedita, quia Connan. *lib. 3. commentar. capit. 4. numer. 4.* existimat, thesaurum esse diuidendum inter venditorem, & emtorem, quasi emtor videatur inuenisse thesaurum, eo tempore, quo fecit, thesaurum esse in fundo, & sic tempore, quo alienus erat, & prius Ange. *in summa, verbo, emtio, numer. 24. ad fi.* & probat Aluar. Valascus *de emphyt. dict. quæst. 15. numer. 6.* addens, quod & venditor per actionem de dolo potest agere ad dimidiam, per *l. si vina. vers. plane. ff. de peric. & com. rei vend. & Loaros. ff. de actio. emt. & decisio Paul. in l. si res sit pretio. §. si. ff. locat.* Sed nec hoc est tenendum, vt latius dicemus.

14 Non † etiam est vera opinio Alciat. de qua agimus, quia etiam eo casu emtor efficitur dominus thesauri in solidum, nec venditori aduersus illum succurritur, vt patet ex parabola Matth. 15. vbi qui sciens abscondit esse thesaurum in agro, vendidit omnia bona sua, vt illum fundum emeret, & sic totum thesaurum obtineret, vt inquit D. Thom. *2. 2. q. 66. art. 5. ad secundum.* & Nicola. de Lyra, ibi dicit super illum locum Matthæi. *in fin.* ideo merito Nauarra. *in manual. c. 17. num. 175. in fin.* quod qui emit aliquod prædium siue verbanum, siue rusticum, in quo postea thesaurum inuenit, nihil tenetur restituere venditori, quamuis sciens in eis thesaurum esse, emerit ab eo, qui id ignorabat, *iuxta Sanct. Thom. vbi sup.* & tenuit Sylues. *in sum. verbo, inuentum, numer. 14.* & Emanuel Rodrigitz *in sua summa, 1. tom. cap. 145. in tertia conclusione. Aragon de iustit. & iur. quæst. 66. artic. 5. pag. 428. colum. 1. ad fin. Molina Theologus. de iustit. & iur. 1. part. disputat. 56. colum. 367. in princ.* vbi eam bene probat, & quamuis Dominus a Soto, *lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 3. artic. 3.* probet in hac specie, quod inuentor thesauri teneatur dare medietatem eius illi, a quo scienter emtum fundum, paucissimi cum sequuntur, & nostra conclusio supra posita, quod nihil teneatur emtor venditori restituere, cum D. Thom. & reliquis est communis inter Doctores, & eam tenent omnes recentiores secundo Salon *de iustit. & iur. quæstio. 66. art. 5 super D. Thom. 1031.* vbi & *in col. seq.* eam late probat, & respondet fundamentis pro Soto adductis; vt enim obseruat D. Thom. in illa parabola Euangelica, *Matth. 13.* de emente agrum in quo erat thesaurus absconditus, non solum approbatur a Christo emtio agri tali fine, verum etiam effectus subsequutus, nempe vt thesaurus ille totus cedat in commodum ementis.

Vnde idem a fortiori venit procul dubio probandum, quâ lo emtor ignorans, thesaurum esse in fundo, eum fundum emit, & in eo thesaurum inuenit, quia is thesaurus proculdubio pertinebit ad ipsum emtorem, qui per venditionem erat effectus dominus fundi, vt probatur clare ex *l. a tutore 67. ff. de rei vendicatione.* in quo omnes conueniunt *secundo Barb. vbi sup. num. 31.* a nos allegantem, & sequitur Molina Theolog. *vbi sup. d. col. 367. ad fin. vers. primo* & hoc est verius, vt cum aliis contra Romanos affirmat Padill. *in l. 2. num. 67. C. de rescind.* 15 *vend.* † Vbi etiam quod venditor non potest agere 16
remedio illius *l.* † Et insuper addit, quod si non sit thesaurus, sed pecunia terræ credita, venditori est restituenda secundum auctores quos ibi citat, tenet Nauarr. *in manual. c. 17. n. 175. vers. sequitur tertio,* & est tex. expressus, *in d. l. a tutore, vers. si non the. aurs,* & tenet alios plures congerens Barbos. *vbi sup. n. 38.* vbi etiã, quod thesaurus inuentus in fundo emto pro dimidia cum petit emtori, tanquã domino fũdi, & alia dimidia cõceditur inuẽtori, *vt per gl. in d. l. a tutore, & Ang. in fi. & supra dicta probant etiam Aragon, de Iustit. & iur. 2. 2. q. 66. ar. 5. vers.* 17
quartum quod disponitur. pag. 427. † Ex quo etiam euitatur, quod inueniens thesaurum in auro, vel parietem domus, vel fundi, depositum a priori domino, aut alio antiquiori, tenetur ad restitutionem illi, ex *d. l. a tutore,* in quo Sot. *vbi sup* & omnes conueniunt secundum *Salon. vbi supra.* Ergo opinio præfata Alciat præsupponens, hoc casu esse locum remedio. *l. 2. C. de rescind. vend.* Illa est *secundum Barb. vbi sup. sub n. 32.* Nam vt verè inquit Conan. *lib. 3. commen. c. 4. n. 4.* thesaurus non fuit venditus, cum neq; fundi pars nec accessio sit, & emtor eum habebat non quia eum emit, sed quia inuenit, vnde non potest induci remedium *d. l. 2.*

Similiter † admitti non potest opinio Conn. 18
supra dicta, Nam ex sola scientia dominium non acquiritur thesauri, sed requiritur apprehensio, *lege tertia §. Neratius, ff. de acquir. poss.* de qua in- 19
fra latius agemus † Cum igitur tempore apprehensionis thesauri fundus iam esset emtoris, non pertinet eius dimidia venditori vt cum Otoman. *in d. §. thesauros, in fi.* probat Barbos. *vbi sup. num. 33.* vbi quod pariter venit reiicienda opinio Vlad. vbi sup. quia cum thesaurus nunquam fuerit in bonis venditoris, ratione doli agere non potest: vt enim ratione doli agatur, oportet quod propter illud damnum, & diminutio patrimonii alicui inferatur, quod hoc casu non contingit.

Dubitari † tamen contingit in proposito: an inuenien 20
thesaurum in arbitris magicis licitum foro conscientiæ illum retinere possit, donec Fiscus auferat, in quo Aluar. Valas. *de emphyteos. q. 15. num. 4.* & Ioan. Garsi. *de expens. & melior. c. 22. num. 52. ad fi.* & Molina Theologus. *p. de iust. & iur. tract. 2. disput. 56. col. 1. pag 365.* tenet partem negatiuam, nempe thesaurum inuentum arte magica retineri non possit licite in conscientia per inuentorem, & sic deberi Fisco ante latam sententiam.

Huius opinionis duo sunt fundamenta. Primum, quia quæ situm adhibita arte magica, quæritur aduersus prohibitionem Legis diuinæ & humanæ *c. illud 26. q. 2. l. nemo. C. de malef.*

Secundum est, quod lex prohibens acquisitionem thesauri arte magica, vel alis artibus prohibitis, non est pœnalis, quoniam ante latam illam *l. ad Fisc. vnicam* tanquam redditus Regius pertinebat huiusmodi thesaurus: Ergo non est pœnalis, sed solum illum concedit inuentori, ac domino agri sub conditione, quod arte magica, aut alia ratione lege prohibita, non inuenitur, alioquin illum fisci reseruat, vt antea tanquam redditus Regius ad se pertinebat.

His † nihilominus non obstantibus, contraria opi- 21
nio, & sic affirmatiua in fauorem inuentoris, vt licite in conscientia retinere possit thesaurum inuentum arte magica, vel alia ratione Legis prohibitam, donec a Fisco vendicetur, & condemnatus sit, tenenda est ex gloss. illa communiter approbata, & in iure receptissima, *cap. fraternitatis 12. quæstione. 2.* quæ habet, quod pœnæ non debentur in foro conscientiæ, vsque ad condemnationem, sed pœnas, quas latissime adduximus, & declarauimus *supra lib. 8. nouæ collect. Reg. lib. 5. pract. earum quæstionum,* Sed lex prohibens thesauri acquisitionem arte magica, aut alis diminutionibus, & modis illicitis, pœnalis est, patet, quia id fieri a lege prohibetur, sub pœna quod Fisco acquiratur, *vt in l. vnica, & ibi gl. & Doctores. C. de thesaur. lib. 10.* quod habet receptissima sententia, de qua sup. nec verum est, thesaurum ante illam l. esset redditum Regium, & eam concessum fuisse inuentori, ac domino agri sub conditione, quod arte magica, aut alia ratione non inueniatur, hoc enim non est ita, sed *d. l. vnica, C. de thesaur. lib. 10.* vnicuique in suis locis liberam tribuit facultatem, quærere thesaurum, & inuento vti, dum modo sine deceptaria, ac pœnitentis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus

odiosa. Id fiat, ne vlterius Dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur: potius enim hæc prohibitio, quam condtio vocari potest, nec in ea l. vlla fit mentio, quod
22 thesaurus ante eam esset redditus Regius, † Quinimo thesaurus inuentus non censetur esse in fructu, nec pars fundi, sed Dei beneficium, vt *notat Barbos. per tex. ibi in d. §. si fundum, numer. 25 l. diuortio. ff solut. matrimon.* & ita merito in terminis hanc secundam sententiam tenet Nauarr. *d. manual, cap 17. numer 176. & ante eum sentit Caietan. 2. 2. q. 66. artic. 4.* & cum his contra priores eam defendit Barbos. *in dict. l. diuortio, § si fundum, sub numer. 23 in versiculo, verior igitur declaratio est*, & sequitur Aragon. *de iustit. & iur. quæstione 66. articu. 5 pag 426. versiculo, est aduertendum. & Salon. de iust. & iur. q. 66. artic. 5 concl. 2. col. 1297.*

Ad primum fundamentum contrarium respondemus, quod quamuis prohibitum sit, quem vti arte magica, & contrarium faciens puniatur: nulla tamen est lex, quæ prohibeat acquisitionem rei, quæ in nullius bonis sit, quantumcunque mediante arte magica eam inuenerit, atque proinde cum thesaurus in nullius bonis sit, *l. nunquam 31. § thesaurius ff. de acquir. rer. dominio*; iure gentium inuentori quærcetur, *l. 1. in princ. ff. de acquir. poss. tex. in §. item lapilli, Inst. de rerum diuis.* & quamuis propter modum illicitum Fiscus auferre possit, interim locus est reg. communi, *d. cap. fraternitas.*

Ad secundam respondetur vt supra, nempe, quod prædicta lex est pœnalis, ac proinde non obligat in conscientia ante condemnationem, non enim thesaurus ante prædiclerat in vllius bonis, nec postea est, sed inuentoris sit, vt prædiximus.

Secundam † partem supra dictæ receptissimæ distin-
23 ctionis, nempe quod quando quis inuenerit thesaurũ loco proprio, siue fortuito, siue data opera, in totum sibi acquirat vltra supra allegata, probat etiam tex. *in d. l. vnica C. de thesau. lib. 10. in fi.* & tenet Andreas de Yiernia *in c. 1. num. 90. quæ sint Regal.* & Villalob. *in erario communium opin. verb. thesaurus n. 111.* & *Ant. Gomez in l. 45. Taur. n. 51. Bursat. cons. 269. num. 2 lib. 1.* quos ad hoc refert & sequitur Barbos. *in d. §. si fundum, num 26.* idque iure naturali esse inductum probat, *d. §. thesaurus, & ibi glos. verb. Religioso* & tradit Syluest. *vbi sup. nu. 9.* & in his terminis accipiendum est quod tex. *in l. nunquam 31. §. thesaurius ff. de acquiren. rer. dominio*, indistincte decidit,
24 thesaurum scilicet cedere inuentori, † Vnde infert ibi Barbos. iniustas videri leges, constituentes, quod thesaurus inuentus in loco proprio cedat Fisco, & quod vtiustæ videntur, oportet eas intelligere in casu quo arte magica vel in loco publico Fiscali fuerit inuentus, vt in specie inquit tenere Yiernia *vbi sup. n. 94.* & Greg. Lopez, *n. d. l. 45 glos. penult.* & Syluest. *vbi sup. num. 13.* sed de hoc late agemus infra hac eadem quæstione, vbi late probabimus contrarium.

Hinc † decidenda venit quæstio illa satis inter no-
25 strates controuersa, *an habens vtile tantum dominium, vel emphyteota, & feudatarius inuenens thesaurum eo loco, vbi habet prædictum vtile dominium tantum, inuentum thesaurum in solidum suum faciat, sicut habens directum, & vtile simul dominium nec ne?*

Speculator namque *in tit. de emphyteos. n. 158. vers. 132.* & ibi Ioa. And. tenent, in hac specie diuidendum esse thesaurum inter proprietarium, & emphyteotam, siue feudatarium, quasi inuentum in fundo alieno, & Syluest. *vers. inuentum, n. 12. in fi.* & *Nauar. in manuali, c. 17. num. 173. & probat late Aliar. Vias. de emphyteo. q. 15. nu. 1. cum sequent.* cum quo dem tenet D. Molina, *lib. 1. de Hispan. primogen. c. 7. num 7. ad fi.* & tenet Aragon. *de iustit. & iur. 2. 2. q. 66. art. 5. pag 427. col. 2. ad fin.* Ioan. Garsia *in tractatu de expen. c. 22 num. 32. adani Valasc. vbi sup. num. 10.* quod si extraneus in loco emphyteotico thesaurum casu inuenit; medietatem thesauri, quæ ad dominum agri spectat, totam pertinere ad solum emphyteotam, quia quando habens directum dominium concurrit cum habente vtile ad idem, præfertur habens vtile.

Contrariam tamen sententiam, imo quod thesaurus in re emphyteotica, seu feudali inuentus pertineat omnino ad emphyteotam, seu vasallum tenuit glos. ordinaris, *in d. §. si fuerit, ver. suo, Inst. de rerum diuis.* quam ibi sequuntur Faber & communiter DD. *Ioa. de Platea in l. vn. col. 1. C. de thesau. lib. 10 Guil. Benedict. in c. Raynutius, de testam. verb. cetera bona, num. 34. Carol. Molin. in consuet. Parisien. § 37 glos. 10. num. 46.* Est communis secund. Aliar. Valat. *a q. 15. num. 1.* ex quo idem profiteur, D. Molina Iurista, vbi sup. & plures allegans idẽ profitetur: atque eam probat & sequitur Petr. Barbos. *in d. l. diuortio § si fundum, numer. 27. ff solut. matrim. cum pluribus seq.* vbi n. 20. ait eam magis communem opinionem, & esse sequendam: & mihi quidem idem videtur, quia omnis vtilitas prouenienS a fundo ad emphyteotam, vel feudatarium pertinet. Ergo prædicta dimidia illis cedere debet, vt in simili considerat Pau. *cons. 553. commodum, lib. 1.* Neque obstat, quod verbum dominium, in dubio intelligitur de directo, *vt in l. 1. § si ager. vect. vel emphyt. pet.* quia nihilominus res potest dici mea, quanuis in illa dominium tantum vtile habeam, *l. locorum, C. de om. ag. deserto, lib. 11.* quare dominium vtile habens simpliciter dominus appellatur, *l. possessores, C. de fund. patrim. lib. 11.* Vnde dispositio, *d. §. thesaurus*, etiam in habente vtile dominium verificari potest, vt existimauit glos. prædallegata, ibi *ver. in suo*, communiter per DD. receptis, quidquid D. Molina Theolog. *in loco statim citando, col. 469* contendat, nihil colligi posse ex illa glos. nam non solum colligitur: verum etiam hoc expresse tenet ibi exponens, verba tex. illius, scilicet, *thesaurus quos quis in loco suo inuenerit*, &c. nam inquit glos. suo iure directo, vel vtili, vel feudatario, vel emphyteoticario, vel similes, & in hac sententia accepere unt tam communiter omnes DD.

Ex † quibus fugiendum est ab opinione terti, eaq;
26 singulari Molinæ Theolog. *de iust. & iur. 1 p. 2. 1. ad. disput. 50. col 370.* existimantis in præmissis, ecte, & quæst. dimidiam thesauri ratione inuentionis debitam, proprietario, aut emphyteotæ, vel feudatario, qui illum in feudali, aut emphyteotico prædio inuenerit, semper esse tribuendam, reliquam vero, quod iuxta iuris dispositionem debetur domino agri, diuidendum esse inter proprietarium, & emphyteotam, aut inter proprietarium, & feudatarium, eodemque modo si extraneus in eo prædio thesaurum inueniat, portionem, quæ ex illo domino prædii debetur, similiter esse diuidendam inter ipsumque, sicut etiam inter eos dominium prædii diuisum est.

Ad quod asserendum primo ducitur, quia data opinione Nauar. & ceterorum id postulat æquitas reique ipsius natura, vt ex se inquit esse manifestum.

Secundo, quoniam hoc conformat magis glos. illi receptæ *d. §. thesaurus, 5* & potissimum argum. a simili, *in l. is qui, ff. de acquir. rer. dom.* cum tamen nullum sit ius, vnde contrarium colligatur. Traditur namque, *in d. l. is qui*: quod si seruus, quatribus, aut quatuor dominis possidetur casu thesaurum inueniat in fundo alieno: dimidium illius est domini fundi, & alterum dimidium inter dominos seruidiuiditur in ea portione, in qua vnusquisque dominium illius habuerit: a simili ergo, quando vnus in communi agro cum altero, vt emphyteota siue cum proprietario, thesaurum inuenit, medietas, quæ illi iure inuentoris cedit, ac pertinet, inter gra illi

illi debetur, altera vero medietas, quæ domino agri debetur, diuidenda erit inter vtrumque, sicut dominium inter vtrumq; diuisum est, Hæc ille.

Hæc enim opinio singularis, ac falsa est, nec iure fundata, non enim a communibus traditionibus nostrorum passim recedendum est prætextu acuitatis ingenii, præsertim in praxi, sed raro, & cum iuditio, videlicet quando tex. clarus, vel ratio naturalis, vel alia iuridica ratio concludens est in contrarium, quibus commode responderi nequit, alias namque vnusquisque scriptorum facile ius diceret, nihilque erit in iure tutum & pro arbitrio capitis iudices sententias proferent, prout libuerit in maximam Reipublicæ Christianæ pernitiem: vnde merito, quod in dubio iuxta communes sententias iudicandum sit, præsertim cum contrariæ viij. desistituuntur, vt præd. Molinæ.

Quod autem non sit vera hæc opinio Molinæ Theologi, præterquam quod est singularis, probatur ex supra adductis pro magis recepta sententia, neq; obstant fundamenta ipsius Molinæ.

Quonirm primum, eisdem rationibus corruit, præcipue cum ipse non sequatur opinionem Nauar. & exterorum, cui innititur hæc tertia sua opinio.

Secundum cessat, quia negamus, suam opinionem conformari glossæ receptæ, *in d. §. thesaurus*, quæ magis communem sententiam tenet.

Tertium corruit similiter, quoniam, & si argum. a simili sit validum in iure, *l. non possunt cum simil. ff. de legibus*: attamen data dissimilitudine perit, *l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. ibi. sed hæc dissimilia sunt, cum simile*: Quod autem species tex. *in d. l. is qui. ff. de acquir rer. dom.* non sit similis nostræ, de qua nunc agimus patet, quia plures domini eiusdem serui habent dominium directum, & vtile in eodem seruo, & sic omnino simile vnusquisque pro sua parte: vnde merito, quod dimidium thesauri casu inuenti ab illo seruo in fundo alieno diuidatur inter eos pro ea portione, qua vnusquisque in eo seruo dominium habuerit: at vero dominium directum, & dominium vtile in diuersis personis, nempe proprietario, & emphyteota, seu fundatario consistentia, sunt diuersa: directum namque est sine vtilitate, vtile vero cum omni vtilitate prouenienteа fundo. Cũ ergo dimidia pars thesauri inuenti in prædi fundo sit vtilitas ipsius fundi, ea tota sequitur eius dominium vtile habentem, & sic pertinet ad emphyteotam, vel feudatarium: nulla vero pars eius dimidiæ ad habentem dominium directum, quia cessat ratio d. l. is qui, hoc est similitudo dominii, cum dominium vtile sit diuersum a directo: procederet tamen recte argumentum, & similitudo, d. l. is qui, quando diremus casum, quod plures essent domini similes agri, in quo inuentus est thesaurus, nempe dominii directi, & vtilis simul, vel vtilis tantum, tunc enim rectius dixisset Molin. dimidiam partem thesauri in eo fundo inuenti, quæ domino fundi debetur, pertinere ad omnes eius dominos directi, & vtilis dominij simul vel vtilis tantum, pro ea parte pro qua vnusquisque eorum dominium illius haberet. & ita inter eos esse diuidendam: Ceterum cum in nostra specie, de qua agimus, dominium directum, & dominium vtile in diuersis personis consistentia, hoc diuersum non potest ad eam extendi per similitudinem, decisio tex. in *d. l. is qui.* Resolutimus igitur ex supradictis, veram esse, ac proculdubio tenendam in iudicando, & consulendo magis receptam supra dictam sententiam, quæ habet, quod si quis inueniat thesaurum in loco, in quo tantum habet vtile dominium, vt emphyteota, & feudatarius, is in solidum eum suum faciet, nec aliqua eius pars debebitur domino directo.

Quod † si proprietarius inueniat thesaurum in fundo emphyteotico, quanuis iperat one inuenionis habere debeat dimidium thesauri, altera tamen dimidia, quæ ratione fundi acquiritur, pertinebit ad emphyteotam, Nam cum hic in hac materia consideretur tanquam verus dominus, fundi necessario proprietarius debet considerari ac si thesaurum inuenisset in loco alieno, argument. *l. si vt certo. § si ff. commodi.* Vnde prædicta diuisio facienda est, & quæ vbi concurrunt vtile dominium, & directum, semper vtile præfertur, *l. procurator 55. & ibi Bart. & Paulus. ff. de pro. iur. tor. 2. a Barbosa vbi sup. n. 29 ad fi.*

Pari † ratione si extraneus inueniat thesaurum in
28 fundo emphyteotico, cum diuidet cum emphyteota, & non cum proprietario, *Ange. in d. §. thesaurus, n. 2. Inst. de rer. diuis. Syluest. verb. inuentum, nu. 12. in fi. Valasc. de emphyteos. q. 15. numer. 15. quos refert, & sequitur Barbos. vbi supra.*

Sic † etiam si possessor maioratus inueniat thesaurũ
29 in loco maioratus, illum in totum proculdubio suum efficiet. Cessant enim in eo rationes, quæ adducuntur aduersus emphyteotam, cum is dominus sit vtilis, & directus rerum maioratus, *l. non ideo. ff. de rei vend.* ac in eo verificatur verba *d. §. thesaurus*, vt probat D. Molina Iurista, *d. lib 1. de Hispan. primogen c. 23. num 7.* quem sequitur Ioan. Garf. *d. c. 22. nu. 50.* & latius probat Barbos. *vbi supra, nu. 30. & Molin. Theolo. d. d. spu. 50. versic. thesaurus vero. col. 368.*

Non † tamen minor dubitatio est in proposito, *an*
30 *ad acquirendum thesaurum inuentum in fundo proprio, requiratur etiam apprehensio ipsius, an vero sufficiat sola inuentio?* Et in hoc articulo verior & magis recepta sententia est, requiri vtrumque, scilicet, & inuentionem, & apprehensionem, ex tex. *in l. 3. §. Neratius in fi. ff. de acqui. poss. ibi, quidam putant Sabini sententiam veriorem esse, nec alias eum possidere, qui scit, nisi loco motus sit*, quia non *sit sub custodia nostra*, quibus consentio: quem tex. in hoc late, & eleganter expendit Petr. Barbos. *vbi sup. num 35. 36. & 37.* vbi quod aperte probat hanc communem opinionem. † Neque obstat, quod qui possidet
31 continens, videtur etiam possidere & contentum, *l. cauibus. ff. de contrahend emt.* hæc namque regula procedit in his, quæ sunt sub custodia alicuius certi hominis: ceterum thesaurus non est sub alicuius custodia, quandiu non fuerit apprehensus, & ideo prædicta regula in hoc casu induci non potest, *vt in d. §. Neratius, ibi? quia non sit sub custodia*, & explicat latius ex mente eorum, Ant. Gomez, *in l. 45. Taur. num. 47. ad medium*: Ecce merito hanc opinionem principalem, quæ requirit inuentionem, & apprehensionem copulatiue ad acquisitionem thesauri, tenuit Bart *in l. 1. in princ. numer. 18. ff. de acquir. poss.* receptus, vt ibi asserit Alciat. *n. 39. Jas in d. §. Neratius, num. 10 Afflict. in c. vnic. §. si. numer. 2. quæ sint Reg. Ant. Gomez vbi supra. Bursat. cons. 269. nu. 11. lib. 2. sentit D. Thom. 2. 2. q. 66. ar. 4. ad primam, glo. in l. peregre, verb. supra. ff. de acquir. poss.* Et hoc est receptius *secundum Ioan Ores. in l. item lapilli, num. 2. & 3 ff. de rerum diuisione.* ex Socin. & Ias. quos refert & quibus assentitur, & ab hac opinione non est recedendum, quia sine dubio magis recepta est secund. Petrum Barbos. qui eam probat, sequitur, & defendit *vbi sup. nu. 34. cum sequent.* Ante apprehensionem enim inuentor magis dicitur scire locum in quo est thesaurus, quam illum inuenisse, & quia dum est in eo loco, in quo fuit reconditus adhuc dicitur thesaurus, & videtur remanere in sua libertate naturali, & sic adhuc nullus esse videtur, vt subtiliter considerat Conna. *lib. 3. comment. 4. 4. post princ.*

Quibus † sit vt tex. *in §. thesaurus, Inst. de rerum diuis.*
32 dum probat, dominum fundi facere dominum inuentum in proprio fundo, debeat intelligi, postquã

illam apprehenderit, quis ante apprehensionem propriè non dicitur inuenisse, argumento *l. si barbatorem, C. de fideiuss.* Et ita est tenendum.

Contrarium opinionem, imo quod dominium thesauri acquiratur soli inuentione, & conspectu absque alia apprehensione, sentit glos. *in §. item lapilli, Inst. de rerum diuisione*, & ibi defendit Portius, *gloss. in l. vnica. C. de thesau. l. b. 10. Socin. in d. §. Negatius, num. 6.* cuius opinionem putat veriorem Decius. *in l. 1. in prin. num. 61. ff. de acquir. poss.* & tenet Valasc. *de emphyteo, q. 15. num. 2. & 6.* & hanc esse communem opinionem omnium Doctorum affirmat Auenda. *lib. 1. c. 4. Pract. num. 33. vers. licet secundum.* & hoc esse receptum ait Platea, *in d. §. thesaurus, num. 76. & ibi Portius num. 29.* quos ad hoc citat Ioan. Oros. *vbi supra.* Sed præcedens sententia longe verior, & receptior est, atque proinde tenenda.

33 At vero, † quando quis neque vile, neq; directum dominium in fundo aliquo habens inuenit in eo thesaurum, tunc esto illum fundum in pignus acceperit, aut locatum illum habeat nihil portionis illius thesauri, quæ domino fundi debetur, ad eum pertinet, sed ad dominum agri. Quare si casu illum reperiat, dimidium debetur domino agri, & dimidium ipsi, iure inuentoris, *l. si quis. ff. de acquir. rer. dom. Nau. in manual. c. 17. numer. 173. Aragon de iust. & iur. q. 66. art. 5. vers. quartum quod exponitur, pag. 427. Molin. Theolog. d. d. spus. 56. col. 368.*

34 *vers. at quando.* † Vbi quod si de inuentia illum quærat, ac inueniat, totus debetur domino agri, de quo infra latius agemus.

35 Idem esse † omnino dicendum probat si nudus vsufructuarius thesaurum inueniat in fundo, cuius habet vsumfructum, *vt affirmant Aluar. Valasc. de iur. emphyt. p. 1. quæst. 15. num. 1. & Molina iurista, lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 23. num. 2.* vbi de communi testatur, & alter etiam Molin. *vbi sup.* & bene declarans Barbos. *in d. §. si fundum, numer. 25.* & Salon *de iust. & iur. q. 66. ar. 5. col. 1299.*

36 Quod si † thesaurus, cõstante matrimonio in fundo dotali inuenistur, dimidia pars, quæ domino soli competit, debet esse apud virum, constante matrimonio, eo vero soluto vxori restituenda est, *d. l. diuortio. 8. §. si fundum. ff. solut. matri. vbi* Barbos. *nu. 23. & 24.* plures id tenentes, citat, tenet Aragon *vbi sup.* & Salon, *de iust. & iur. q. 66. ar. 5. col 1299.* est communis secundum Molin. Iurisdam, vbi *sup. d. c. 23. num. 2. & 6.* & tenet alter Molin.

37 *d. disputatione 56. col. 368. in prin.* † Quod si ipse maritus reperiat thesaurum in fundo dotali, efficitur dominus illius pro dimidia, ac si eum inuenisset in fundo prorsus alieno, quia hæc ei tribuitur ratione inuentionis, & apprehensionis; sicut cuilibet extraneo daretur, non vero ratione alicuius dominii, ita recte glos. *2. in d. l. leg. vnica, C. de thesaur. lib. 10.* & Barb. *vbi supra num. 23.*

38 Quoad † tertiam partem distinctionis principalis, atque receptissimæ quæ habet, quod thesaurus inuentus in fundo alieno absque arte magica, data tamen opera totus domino fundi competat; fortuito tamen inuentus pro parte dimidia domino agri, pro alia dimidia inuentori, ex *§. thesaurus, Instit. de rerum diuis. & l. 45. tit. 28. par. 3.* quam exornat Bartol. *d. cons. 209 numer. 3. lib. 2. & Gregor. Lopez, in leg. 5. titul. 15. par. 2. in glos. emuros ad medium, Villalobus in aurio com. opin. vtr. thesaurus, numer. 112.* & late Barbos. *vbi sup. num. 39. cum sequent.*

39 Obseruandum † est, eam adeo procedere, vt inuentor thesauri tenetur in foro conscientiæ partim domino fundi, etiam ignaro, restituere; cum hoc casu non agatur de pœna, sed de dimidia thesauri applicata per legem domino fundi, & sic tenetur inuentor suam partem domino fundi restituere, Ita Caiet. *2. 2. q. 66. art. 3. ad* secundum, quem referunt, & sequuntur Nau. *in manuali, cap. 17. num 175* & Molina Theologus. *d. d. spuat. 56. col. 366.* & Barbos. *vbi sup. sub num. 38.* Soto & recentiores multo probabilius. *secund. Salon. de iust. & iur. q. 66. art. 5 col. 1298.* † Ex quo idem probo quoad inuentem thesaurum in agro alieno adhibita industria, vt teneatur totum in conscientia domino agri restituere, etiam ante sententiam & condemnationem, licet sint qui velint contrarium, existimantes in hoc casu leges, de hoc loquentes, esse pœnales, in quam sententiam inclinat Salon, *vbi supra* licet fateatur vtramq; partem esse probabilem: ego probabiliorem esse existimo quam supra probaui.

40

Illud † tamen in proposito explicare libet; *an si quis ex facultate domini agri quærat & inueniat in eo thesaurum illum sibi, aut domino acquirat?* Et Sylucst. quidem in *sum. verb. inuentum, num. 8.* respondit, quod si dominus agri sciens esse ibi thesaurum, facultatem faciat, quærendi illum, vt sit inuentoris, efficitur inuentoris, quia libere concedit ius suum; si vero quærendi eum facultatem faciat, ignorans opes, quas in suo agro habet, cum tamen eam petens, sciat, eas ibi latere, tunc quidem totus domino agri acquiritur, eo quod de industria censeatur in eo loco thesaurum quæuisse, nec facultas illa fuerit sufficienter voluntaria ex parte concedentis, propter illius ignorãtiam, existente ea scientia ex parte illum postulantis, ac obtinentis, atque ita non fuerit sufficiens ad dominium transferendum, vt ex hoc quitus exponit Molin. Theol. *de iust. & iur. 1. p. d. o sp 56. col. 366. vers. dubium est*, addens, quod si sine vlla scientia, quod thesaurus in eo loco lateret, peteretur, & obtineretur facultas, totus efficeretur inuentientis, idemque ait esse, si cum sola spe illum inuenienda præsertim si coniecturæ, quæ erant ad illum inuenienduin si vllius essent momenti, domino agri exponerentur, & in hoc euentu veram esse opinionem Nauar. *d. cap. 17. num. 172.* qui absolute affirmat, thesaurum de industria quæsitum in alieno agro ex facultate domini agri, esse totum inuentoris, ex Sylucst. *in aurea rosa. casu 19.* de quo etiam agit Arag. *de iust. & iur. 2. 2. q. 66. ar. 5. vers. tertium exponitur, pag. 427.*

41

Ego † vero clarius rem hanc resoluendam esse ex nostris cum communi sententia censeo: nempe quod si quis data opera perquisiuit thesaurum & inuenerit in alieno fundo, etiam domino agri consentiente, adhuc ratione inuentionis perquirens nihil habebit, sed totus thesaurus ad dominum fundi pertinebit ex tex. expresso, *in d. l. vnica, C. de thesaur. lib. 10.* secundum eius communem literam ibi, *inertis*, imo neque volentibus: ita tenet Bart. *in l. si cum detem. §. transgrediamur, numer. 1. ff. solut. matri.* Montolon. *in promuario iuris, ver. thesaurizare*, Auenda *lib. 1. c. 4. Pract. num 33. vers. quarta conclusio Bursat. d. cons. 209. num. 3. lib. 2.* est communis *secund. Ant. Gomez. n. 45. Tauri. n. 51. Villalob. vbi sup. verb. thesaurus. num. 112. & Barb. vbi sup. sub nu. 37. & 40.* improbans Nauar. *vbi sup.* contrarium tenentem, & pro vera resolutione tres casus distinguit, ex quibus plene cognoscitur huius dubii resolutio, atque perpenditur.

Primus est, † quando quis vult quærere thesaurum in fundo alieno nomine ipsius domini, & ad eius vtilitatem, & tunc licitum est hoc facere quia tunc ipse dominus videtur in suo ie quirere, *l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poss.* ac proinde thesaurus, hoc modo inuentus, totus cedet ad vtilitatem domini, & inuentor hoc casu tantum habebit mercedem operum, & laboris, iuxta conuentionem inter eos factam, *secundum Iod. de Pisa, in d. l. vnica, num. 4. C. de thesaur. l. b. 10. & ibi Rebuf. col. 1. & Auenda d. lib. 1. cap. 4. Pract. n. 33. vers. quinta conclusio, n. 45. in vers. nec sic fuit ausus, & ibi Greg. Lopez, in glo. laborandum.*

42

43

Secundus

44 Secundus casus est, † quando constat, dominum ius quærendi thesaurum in fundo proprio, sponte transtulisse in alium, quærere volentem, vt sic ille quasi dominus fundi quæreretur: tunc namque is, tanquam dominus, thesaurum inuentum suum faciet in solidum, ac si in suo fundo inuenisset, vt colligitur ex Sylucst. *vbi supra num. 10. & 14.* & tenet Molina Theologus *vbi sup.* & sequitur Barbosa, etiam *vbi sup. num. 40.* Hoc verum intelligo, nisi aliter inter ipsos conuentum sit super thesauro diuidendo, quia tunc ista conuentio seruanda erit.

45 Tertius casus est, † quando dominus fundi nõ transtulit ius quærendi, sibi competens, in illum tertium, sed quasi cumulatiue ei concessit etiam potestatem quærendi thesaurum in proprio fundo: & in his terminis loquitur *d. l. vnica, C. de thesaur. lib. 10.* disponens, quod totus thesaurus sit domini fundi: quia inuentio thesauri ex se incertissima est. Et in qua sæpe homines vane & temerarie se exercent, & ad reprimendam hanc hominum temeritatem, & vanitatem, & etiam inconsultam cupiditatem effodiendi agros alienos, constitutum est, vt is ex inuento thesauro (etiam de voluntate domini) nihil consequatur, vt sic sciens nihil vtilitatis reportaturum ex inuentione, facilius se abstineat a prædicta, & inconsulta temeritate effodiendi aliena, vt colligitur ex *d. l. vnica. in fin. & aliis. ita Barbos. vbi sup. num. 41.* aliis huius rei rationibus aliorum explosis, quos retulerat, *n. 39.* Iuxta prædicta ergo veniunt explicanda ea, quę supra retulimus ex Sylucst. *d. verbo, inuentum. num. 8. & 10.* alias enim intellectus, quem ibi ipse assignat ad *d. l. vnica.* sustineri non potest, quia est contra verba *d. l. vnica.* vt expendit Barbos. *vbi sup. nu. 41. post medium.*

46 Sed quod magis torquet animos † scribentium in hac materia est, super conciliatione duorum iurium, quæ iuxta eorum literam, & decisionem ex diametro repugnant. text. namque *in l. 3. §. fin. incip. si in loci. ff. de iur. fisci.* ex Call strati Iurisconsulti sententia decidit, thesaurum inuentum in loco religioso pro dimidia parte fisco vindicari. Idem probatur, *in 2. 1. quæ sint Regal. in vsibus feudi.* At vero Iustinianus Imperator, *in §. thesauros. Inst. de rerum diuis.* respondit, thesaurum inuentum in loco religioso fortuito, in totũ inuentoris esse: Quare ea iura sibi inuicem aduersari fatentur.

Primus intellectus est Accursij in vtroque loco intelligentis Iustiniani responsum secundum naturalem æquitatem, vt patet ex principio eiusdem text. Callistrati vero sententiam secundum iuris rigorem procedere censet, qui hoc in casu præualere debet æquitati propter publicam vtilitatem, quæ in fisco versatur. *argumento l. vtilitas C. de primipil. lib. 12.* hunc intellectum sequuntur Rayner. & Bartol. *in d. §. fin. Tsernia, in d. c. vnico. num. 93. quæ sint Regal. & ante eos Azo. in summa. de rerum diuis. num. 56.* Et esse antiquorum communem sententiam asserit Alciat. *libr. 7. Parerg. iuris. cap. 1. ad finem.* & esse magis communem opinionem ex Ias. profitetur Anton. Gomez. *in l. 45. Tauri. num. 52.* & refert Barbos. *in d. §. si fundum. num. 42.* vbi citat etiam Villalob. *in suo erario commun. opin. nuta. 117.* dicentem, ex hac caussa, quod thesaurus inuentus in loco religioso, vel publico, pro dimidia quæritur fisco, quod etiam tradit Bursatus, *cons. 209. num. 4. lib. 2.* & quod idem sentit Harmenopulus *in premtuar. lib. 2. tit. 6.* dum refert decisionem *d. l. 3. §. fin.* quasi in iudiciis sit seruanda consonat consideratio Duareni, *lib. 1. emendat. cap 3. consentis. d. §. thesauros.* coniungendum esse, cum *d. l. 3. §. fin.* At sit sensus, quod Diuus Adrianus, naturalem rationem sequutus, constituit thesaurum in loco sacro, vel religioso inuentum, in totum acquiri inuentori: sed postea diui fratres constituerunt, pro dimidia parte acquiri fisco, vt est expressum *in dict. §. fin.* Et ita etiam hodie in quibusdam institutionibus nouiter impressis id reperitur additum decisioni text. *in d. §. thesauros.*

Comprobatur etiam hic intellectus, quia vt ex supra dictis patet, ex duobus Iurisconsultorũ responsis contrarijs, Adriani, nempe, & Callistrati, Iustinianus nouissimus responso Adriani adhæret, idq; sequutus videtur, tacito atque omisso, & sic reiecto Callistrati responso: Ergo correctio inducitur.

Neque obstat consideratio Couarruu. *in regul. peccatum, 3. part. §. 2. num. 3. de regul. iur. in sexto. & Barbos. vbi supra dict. num. 42. ad finem.* quæ tuntur ad reprobandum primum intellectum, & concordiam communiter receptam, nempe, quod cum responsum Adriani, de quo, *in d. §. thesauros.* sit antiquius responso Callistrati, de quo, *in d. l. 3. §. fin. ff. de iure fisci.* non est verisimile, Iustinianum in suis institutionibus, quas edidit vt iuuenis, iuris principio acciperent falsam, vel iure ciuili iam derogatam sententiam tradidisse: quoniam consonantius videtur, quod cum Iustinianus sciens, duos fratres constituisse id, quod ex Callistrato refertur, *in d. l. 3. §. fin.* Et nihilominus recitans constitutionem Adriani contrariam, satis significauerit, iam hodie non esse obseruandam decisionem, *d. l. 3. §. fin.* sed magis standum esse decisioni Adriani relatæ *in d. §. thesauros.* & ita æquitas scripta præferatur rigori iuxta *l. placuit. & ibi Doctores. C. de iudic.* atque ita voluit vulgar. relat. per gloss. *in dict. §. thesauros. verbo, religioso.* & ibi sequuntur Angel. *ad finem.* & Æguinarius Baro, & Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. tom. 2. num. 7.* quos in hoc citat Barbo. *vbi supra num. 43.* Et profecto hic videtur verior sensus Iustiniani, & congruentior conciliatio illorum iurium, tametsi eam adhuc improbet Barbos. tum prædicta ratione, tum etiam, quia correctio legum est vitanda, sed responderi potest hic patere animum Iustiniani adhærentis potius responso Adriani quam diuorum fratrũ; & hoc probat Couarr. *vbi supra d. n 3. vers. si tamen illud.*

Primus intellectus, & concordia ad prædictam iura est; ex gloss. *in dict. l. 3. §. fin.* quæ intelligit, text. illum procedere, quando thesaurus fuit inuentus data opera, textus vero, *in dict. §. thesauros.* vbi inuentio thesauri fortuito contigerit. Hæc tamen concordia licet conueniat literæ, *dict. §. thesauros* ceterum *ad dict. §. fin.* diuinatoria est; & falsa, vt optime probat Couarru. *vbi supra d. num. 3.*

Tertius intellectus est, ex Claud. Cantiuncul. *in d. §. thesauros.* quem citat Dd. statim referendi, nempe vt Iustiniani sententia obtineat in thesauro inuento in loco sacro, aut religioso, proprio tamen ipsius inuentoris: Licet enim cuiq; locum religiosum propria auctoritate facere, inferendo in eum mortui corpus, *text. in §. religiosum. Inst de rerum diuis. cum in diuersis. ff. de religiosis. & sumptu. fun.* Sacrum autem propria auctoritate fieri nõ potest, sed necessaria est auctoritas publica. *§ sacra. Instit. de rer. diuis.* eademq; auctoritate publica licebit priuato illi locum obtinere, sicq, ob id, quod locus ille sacer, vel religiosus paulo ante priuatus fuerat ipsius inuentoris, ab ipsoque possidetur, thesaurus ibi inuentus in totum ei cedat, tex tamen *in d. l. 3. §. fin.* procedat in loco sacro, aut religioso, qui inuentoris non est, nec antea fuerat, nec ab eo detinetur. Et fuit potius Alciat. *lib 7. Parerg iur. c. 1. ad fin.* Sacrum autem Baldus. *in d. §. thesauros. col. 2.* & notabiliter comprobat Conna. *lib. 3. commen c. 4. n. 2.* & Carondas, *lib 1. verisimil. c. 21. pag. 79.* Sed hunc intellectum & concordiam improbant Couarruu. *vbi sup. d. n. 3. vers. tertia igitur ratio.* & Barb. *vbi sup. d. n. 43* tanquam diuinatiuam, & nulla probabili ratione differentiæ nitentem.

Quartus & vltimus intellectus ad prædicta iura est, quo thesaurus inuentus in loco sacro totus est inuentoris, vt est expressum, *in d. §. thesauros.* cui in his omnibus nulla lex contradicit, & expressit Theoph. *in §. fin. Inst. de*

quas per vobis acqu. Et rationem assignat Barbos. *vbi sup. nu. 43. ad fi. nu. 44. in princ.*

Controuersia igitur tantum est in thesauro inuento in loco religioso: in eis namque iuxta text. *in d. §. thesauros.* totus quæritur inuentori, sed iuxta *d. §. fin.* dimidia pars eius Fisco vendicatur: sed pro horum iurium concordia, & intellectu videtur dicendum, quod si quis reperiat thesaurum in loco religioso, in quo habeat ius sepulcri, in totum ei acquiratur, quia cum tunc, quoad dominum, non sit in alicuius bonis, & sepulcrũ, quoad vsum sit suum, meritoque in totum ei quæratur thesaurus: Si autem reperiatur in loco religioso, qui sit alterius quoad vsum, tunc procedat *dict. l. 3. §. fin. ff. de iur. fisc.* quia cum sepulcrum quoad vsum, & ius sepeliendi sit in bonis alterius, & sic quodam modo alienum, non debet inuentor totum thesaurum lucrari, iuxta regul. *d. §. thesauros.*

Ceterum cum præd. ius competens habenti ius sepulcri non sit dominium, & dimidia thesauri inuenti tantum domino rei, in qua reperitur, debeat præstari, vt *in d. §. thesauros, cum simil.* prædicta dimidia danda non est habenti ius sepulcri, ac proinde tanquam in dominio vacante, quoad partem Fiscus succedet, argumento text. *tit. C. de bon vacan. lib. 10.* ita nouiter censet intelligenda prædicta iura Petr. Barbos. *vbi sup. num. 45.* inde inferens.

Primo, explicationem ad *d. §. thesauros.* vt debeat intelligi generaliter, quando quis reperit thesaurum in loco religioso, in quo habebat ius sepulcri ob rationem, de qua supra, quamuis supra relati videantur restringere ad locum religiosum, situm in fundo inuentoris.

Secundo infert, quod in specie *d. l. 3. d. §. fin de iure fisc.* dimidia quæretur fisco, non solum quando locus religiosus erat in loco publico, ad quos terminos eum textum restringebat Connan. *lib. 3. comment. c. 4. num. 2. ad fin. Balduin. in d. §. thesauros. col. 2.* Sed etiam quando est in loco priuato, semper enim dimidia quæretur Fisco ob rationem *de qua supra*, & colligitur ex *d. l. 3. §. fin.* dum dicit, id procedere etiam in thesauro reperto in monumentis, quæ quis in memoriam defuncti constituit in loco proprio, *l. monumentum. ff. de relig. & sumt. fun.* Et tamen quia & illa religiosa censentur. *l. monumenta. C. de legat.* ex thesauro in illis inuento fiscus habebit dimidiam ob rationem, *de qua sup.*

Sed salua pace tanti viri, hic quartus nouus intellectus ad conciliationem prædictorum iurium diuinatorius prorsus est, tum ad literam, *dict. §. thesauros.* vbi indistincte dicitur, quod sicut thesaurus inuentus in loco proprio est totus inuentoris, ita idem est dicendum in thesauro ab aliquo inuento in loco sacro, aut religioso. Ex quibus etiam verbis corruit ratio differentiæ inter prædictos casus thesauri inuenti in loco sacro, & in loco religioso assignata per Barbo. *vbi sup. num. 44.* tum etiam ad literam, *dict. l. 3. §. fin.* quæ indistincte probat contrarium.

Et præterea confunditur is nouus intellectus, quia sicut quando quis reperit thesaurum in loco religioso, in quo habebat ius sepulcri, thesaurus in totum ei acquiritur, quia dominium non est in alicuius bonis, & sepulcrum quoad vsum est suum, nullaque pars Fisco defertur, vt per Barbo. *vbi supra.* Quare in secundo casu quando thesaurus reperitur in loco religioso, qui est alterius, quoad vsum, dimidia saltem pars acquiretur illi, qui habet sepulcri vsum, & altera dimidia inuentori, & sic nulla pars Fisco. Si n. in hoc secundo casu vacat dominium, & hac ratione fisco defertur dimidia; eademmet ratione in primo casu dicendum esset quoque inuentori habenti ius sepulcri in illo loco, dimidiam tantum queri ratione inuentionis, altera vero dimidia Fisco, quia ita etiam vacat ea in specie dominium, sicut in secundo casu: quod si in primo casu Fisco dimidia non quæritur, nec in secundo quæri debebat: Contrarium tamen respondet Barbo. Ergo suus hic intellectus minime posse procedere videtur.

Verius igitur, & tenendum esse resoluo, vt præmisimus, fatendo, quod prædicta duo Iurisconsultorum responsa, Adriani, scilicet, & diuorum fratrum, quoad thesaurum in loco religioso inuentum, sunt omnino contraria, vt patet, vt contingit sæpe inter Iurisconsultos. Callistratus autem elegit sententiam diuorum fratrum, quæ habet, vt dimidia thesauri inuenti in loco religioso, vel monumentis vendicetur Fisco: Iustiniano vero (cui est standum) sententia Adriani placuit, quæ habet, vt thesaurus in loco sacro, vel religioso inuentus in totum quæratur inuentori, sicut quando cum quis in loco suo inuenit, & hoc propter naturalem æquitatem, & ita merito hanc sententiam Iustiniani elegit Couarru. *vbi sup. dict. num. 3.* ibi: *sed nos in loco religioso Iustiniani sententiam eligimus.* & ego eam probo, addit Salon, *de iustit. & iur. quæstio. 66. artic. 5. col. 1299.* quod inueniens thesaurum in loco sacro, vel religioso, qui est proprius Ecclesiæ, vel religionis, vel Prælati, tenetur restituere illi Ecclesiæ, religioni, vel Prælato dimidiam, sicut qui eum inuenit in loco alieno, secundum Turrecremat. & Sotum, & quod text. *in d. §. thesauros.* procedat in loco sacro, vel religioso, qui est communis omnibus, & in nullius bonis.

Hodie autem apud nos, † qui loca religiosa, & sacra alia significatione accipimus, & interpretamur, thesaurus in loco religioso, aut sacro inuentus pro ea parte ad Ecclesiam, cuiusq; Prælatum pertinebit, pro qua ad priuatum, qui dominus illus loci fuisset, si locus ille non religiosus, sed priuatus domini foret. Ita tenent Ioan. Fab. Angel. & Portius *in d. §. thesauros. Practic. Papiens. in libell. action real. verbo, iure dominij num. 6. Cassan. in consuet. Burg. rub. 1. §. 1. num. 21. Menochin. in promtuar. verb. thesaurizare. Sylvest. verb. inuentum. num. 11. Couarru. vbi sup. num. 3. ad fin. Greg. Lopez, in d. l. 45. gloss. 1. in fin. tit. 28. p. 3. Auen. lib. 1. c. 4. Prat. num. 33. in vers. sed iure Regio. Nauar. in manuali, cap. 17. num. 175. Anton. Gomez. in l. 45. nu. 52. Molin. Theolog. de iust. & iur. 1. p. disput. 56. col. 367. vers. aubium præterea.* tamet si gloss. *in c. si quid inuenisti. 14. q. 5.* velit etiam hodie in locis religiosis seruandam esse Iustiniani decisionem: Loca namque sacra non constituuntur nisi auctoritate Pontificia, *§. sacra, Inst. de rerum diuis.* & pariter hodie loca religiosa, *cap. ad hæc, de religios. domibus.* & sic pertinent ad Ecclesiam, & consequenter ad Prælatum, qui eam Ecclesiam suam dicere potest, *cap. si tibi absenti. de prab. in sexto.* neque iura ciuilia statuere poterunt, vt in prædicto casu medietas thesauri quæreretur fisco in præiudicium Ecclesiæ. *cap. Ecclesia, de constitut.*

Solus Petrus Barbos. *in d. §. si fundum. num. 46.* tenet contra hanc communem sententiam, respondens eius fundamentis, qui *num. 47.* fatetur posse eam admitti, quando thesaurus inuenitur in fundo Ecclesiæ deputato ad ministrorum sustentationem, sed non discedas a præd. communi sententia.

Vltimo illud in proposito erit obseruandum, quod 48
ita demum inueniens thesaurum in loco sacro, vel religioso facit eum suum, scilicet, si fortuito inuenerit, vt clare probat *dict. §. thesauros. Instit. de rerum diuisione*: secus si adhibita industria eum inuenerit, quia tunc in nihilo faciet suum, vt in specie probat Antonius Gomez, *in d. l. 45. Tauri. num. 52. ad finem.* & latius Barbosa, *vbi supra, dict. num. 47.* & est text. *in c. vnico. in fin. quæ sint. Regal.*

Nunc videamus quid dicendum sit † *de thesauro inuento in loco Principis, Fiscali, vel etiam publico?* Et re- 49
soluendum est, pro dimidia quæri Fisco, vti si fuisset inuen-

inuentus in loco priuati, sine dubio dimidia ad dominum pertinaret, *d. l. 3. §. fin. ff. de iur. Fisc. Theophil. in §. fi. Instit. per quas personas, nob. acqui. text. in §. thesauros, ad fin. Instit. de rerum diuisione*, nisi data opera in prædictis locis thesaurus perquiratur, & inueniatur, quia tunc in vtroque casu nil inuentori quæritur, vt bene probat Barbos. vbi supr. *dict. num. 47. ad fin.* Vnde dubitari potest de opinione Cyn. & Bald. *in l. item lapilli. ff. de rerum diuisione*, & Chassane. *vbi sup.* quos refert Couarru. etiam vbi supra, *dict. num. 3. vers. his accedit*, dum scribunt, thesaurum inuentum in loco publico, qui in nullius bonis est, totum fiori inuenientis, nec eius partem aliquam Fisco accedere, nisi eos salues, vt per ipsum Couarr. ibidem dicentem, supra dictam resolutionem intelligendam esse non de locis publicis, quæ in nullius bonis sunt, vt platea, & via publica, sed de locis, quæ Cæsaris, aut Fisci sunt, ita propria, vt fundus Titii, nec sunt omnibus communia: in his etenim dimidia pars thesauri, aut Fisco, aut Cæsari iure debetur, quẽ sensum inquit probare, *d. l. 45. ad fi.* sed adhuc non insiciatur Couar. Doctores sentire contra Bald. opinionem, nempe thesaurum inuentum in loco publico, qui nullius sit, pro dimidia parte Fisco cedere, ex dict. *l. 3. §. fin. ff. de iure Fisc. & d. §. thesauros, in fin.* id quod verius, & tenendum esse censeo aduersus Cyn & Bald.

50 Quod † si thesaurus inueniatur in loco ciuitatis, dimidia thesauri pertinebit ad ciuitatem, *text. in d. §. thesauros, in fin. Inst. de rerum diuisione*, dummodo hoc verũ intelligamus, nempe in locis publicis, quæ Reipublicæ sunt iure dominii specialis; non de locis quæ publica, & communia sunt, nullius dominio speciali subdita, *secund. Couarr. vbi supra*, & probat latius cum Fabro Barbos. *vbi supra, num. 48.* dicens, sic esse declarandum, d. §. thesauros *ad fin. d. l. 145. in fin.* quæ id satis aperte significat, ibi: *Esso mismo dezimos si tiene tesoro fuesse fallado en casa, o en heredamiento, que pertenecisse al Rey, o al comun de algun Concejo.*

51 Et † hæc omnia de iure communi, & attenta *dict. leg. 45. tit. 28. part. 3.* Iure tamen nostro Regio nouiori attẽto, habemus, nostram *l. 1. tit. 13. lib. 6. nou. collect. Reg.* disponentem, *Que qualquiera que supiere, o oyere dezir, que en la ciudad, o villa, o lugar donde morare, o en su termino, ouiere tesoro, o otros bienes algunos, que pertenezcan a nos, que nos los vengan a hazer saber luego, por ante escriuano publico, a la justicia que ouiere jurisdicion en aquel lugar, y el que lo hiziere assi saber, si fuere hallado que fue assi verdadero lo que hizo fabricado, que aya por galardon la quarta parte de lo que assi hiziere saber, y a la justicia manda, que luego que esto le fuere fecho saber en qualquiera manera de oficio se pala verdad del hecho por pesquissa, y quantas partes pudiere, y que embie ante su Magestad lo que assi hallaren cerrado, y sellado, y signado de escriuano publico, so pena de perder el officio.* Et quamuis in vulgatis codicibus quartæ partis fiat mentio, in antiquis tamen exemplarib. manu scriptis quinta tantum pars inuenienti deferebatur. Sed standum est literæ nostræ l. deferentis quartam partem inuentori;
52 quia posita est noua collectione † legum huius Regni, quam limitat Castillo Bobadi. lib. 4. *de supolitica de Corregidores, c. 5. n. 61. pag. 709.* vt non procedat, *quando la quarta parte fuesse tan grande, que no cayesse en la consideracion del legislador, porque entonces no se le auia de dar toda entera, sino con moderacion, como ahi lo pruetua por otros semejantes.*

53 Dubium † tamen est, *an hæc l. nostra Regia corrigat ius commune sup. dictum*, & decis. *d. l. 45. tit. 28. p. 3* ita quod in quibuscumque thesauris, vbique locorum inuentis, siue in proprio loco, siue in alieno, publico, sacro, vel religioso seruanda sit decisio huius l. Regiæ, vel ius cõmune, & d. l. partitæ, distinguens, vt vidimus. Et quidem cum correctio legum in dubio sit euitanda, & cum ipsa expresse non indicatur per hanc nostram l. proculdubio videtur dicendum per eam non corrigi *d. l. 45.* nec ius commune ciuile antiquius, præsertim cum nostra l. Regia dicat, *O otras cosas que pertenezcan a nos.* sicque loqui videatur in thesauris, & aliis rebus ad Regem pertinentibus & ita in terminis tenet Greg. Lopez in *d. 45. in glos. al Rey.* asserens videri, dicendum, quod nostra l. Ordinamenti non corrigat illam, sed quod habeat locum in eo, quod est Regis, iuxta tenorem, dict. *l. partitæ*, veluti si thesaurus reperiatur per artem magicam, vel sine ea in loco Regis, ad hoc data opera, vel in parte quæ fieret Regis, non alias, & Auenda. *lib. 1. cap. 4. Prato. num. 33. in 7. conclus. in princip.* & Clarus *in versic. item dict. l. 7.* vbi quod nostra l. Regia Ordina. non loquitur in thesauris Regi non pertinentibus, vt probant illa verba, *A nos pertenecientes.* Itaque secundum illum vbicumq; ratione fundi, vbi inuenitur thesaurus, vel ex alia caussa non pertinet ad Regem, in eo casu nostra l. Regia locum non habet, vt ex eius serie apertissime inquit Auenda. paterein verbis supra relatis. Idem etiam voluit Anton. Gomez *in dict. l. 45. Tauri, num. 51. in fin.* & clarius Couarru. *in dict. regul. peccatum. 3. part. §. 2. nu. 4.* & Barbos. *in dict. §. si fundum, nu. 50.* vbi aduertit, quod nostra l. per omnia est conformis, *l. 1. tit. 18. l. 10. C. Theodosia.* Item quod tantum præcipit, denuntiationem thesauri inuenti in scriptis redigi, & ad Principem mitti, vt declaret, cui thesaurus inuentus sit conceedendus, & quod illud videtur innouare, quod iure communi denuntiatio inuenti thesauri non debebat fieri, nisi quando certum erat, partem thesauri ad Fiscum pertinere; *vt in l. 3. §. fin. in fin. ff. de iure Fisci, gloss. fin. in §. thesauros, in. tit. de rerum diuisione.* Et tamen quod nostra lex indistincte iubet, in hac dictam denuntiationem fieri: Sed si credimus auctoribus modo proxime citatis, ea lex tantum loquitur in thesauris ad Regem pertinentibus; vt patet ex illius verbis, *Que pertenezcan a nos*, & sic nihil innouat etiam in hoc denuntiatione fienda.

Rursus sunt qui teneant contrariam sententiam, imo quod cum nostra l. Regia nouæ coll. Reg. generaliter disponat, quod inuentori thesauri in ciuitate, vel villa, aut loco vbi moratur, vel in suo termino detur quarta pars, corrigat indistincte ius ciuile; & *d. l. 45.* Et in terminis ita tenet Salon, *de iust. & iur. quæst. 66. artic. 5. & super D. Thomam, colu 1305. in versic. ad argumenta, & colu. sequenti.* & Molin. Theolog. *de iust. & iur. 1. part. disputa. 56. col. 371. paulo ante fin. ibi:* eaque lex dispositionem iuris ciuilis communis derogauerit, & nuncupatim Azeued. *in hac nostra l. 1. num. 5. & 6.* vbi relata prima superiore sententia, inquit: *Ego tamen salua eorum pace crederem l. nostram esse correctoriam dict. l. 45. & similem, ex eo quod lex nostra generalis est, & generaliter est intelligenda, & processit ad assignandam partem inuentori thesauri, & sic generaliter est seruanda, & non alias, quocumque in loco thesaurus inueniatur, siue proprio, siue alieno, siue publico, siue Regis, vel Ecclesiæ, vel religionis, siue data opera moderatur tamen statim ibi hic auctor in* hanc suam sententiam, vt procedat quoad partem dandam inuentori; quoad partes vero dandas domino fundi, & Regi, censent iura antiqua, & præsertim, *d. l. 45. partitæ*, in suo remanere robore, credens hunc verum intellectum nostræ l. & esse consentaneum summario eius per compilatorem super eo positum, & quod tunc, quoad alias partes domino fundi, & Regi dandas, seruabitur dict. *l. 45.* & id quod de iure ciuili non est illi contrarium.

Quid tenendum? Ego attenta litera nostræ l. credo, veriorem esse priorem sententiam: nempe vt non corrigat ius commune ciuile, nec dict. *l. 45. partitæ*, sed loquatur in thesauris ad Regem pertinentibus; vt patet ex illis verbis, *Que pertenezcan a nos.* Itaque verba generalia præcedentia eiusdem l. ibi: *Qualquiera que supiere, o*

oyere dezir, que en la ciudad, o villa, o lugar donde morare, o en su termino, ouiere tesoro, o otros bienes algunos, o otras cosas, declarentur per verba statim sequentia, scilicet, *que pertenezcan a nos*, vt ordo literæ exposcit: hæc enim verba ad omnia præcedentia referri debent, cum sint sub eadem oratione, atque dispositione, & clausula: suspensus namque est sensus vsque ad verba statim sequentia, *Que nos lo vengan a hazer saber luego, &c.* † Et habemus de iure regulam, quod clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia *l. talis scripturæ. §. fin. ff. de leg 1. cap. inquisitioni. in fin. de appellatio. l. 3. §. filius. ff. de liber. & posthum. l. 1. C. de liber. præter. vel exhered. l. dolo verbum. ff. de seruo corrupt.* & tradit, alios allegans, Anton. Gabriel. *lib. 3. commun. opin. tit. de clausulis. conclus. 9. in princip.* præcipue quando clausulæ præcedentes non habent claram, & determinatam dispositionem; secus alias, vt *ibi per eum., num. 8. limitat. 4.* & ad hanc inductionem nostræ l. pro hac parte tenentes contrariam minime respondent. Ex his etiam corruit modificatio Azeued. prædict. atque ipsius distinctio, vt patet.

55 Nihilominus tamen † fere totius orbis consuetudine introductum est, quod thesaurus ad Regas, & Fiscum pertineat. vt affirmat, D. Couarru. *vbi supra num. 4.* auctoritate Palu. *in 4. sent. dist. 5. quæst. 3. art. 5. conclus. 1.* & D. Anton. *in sua sum. 2. p. tit. 1. c. 15. §. 2.* affirmantium, thesaurum de consuetudine vbicumque reperiatur, esse Principis, & quod iuxta hanc communem consuetudinem, lex nostra sanxierit, quartam partem thesauri inuentori tribuendam, nulla de domino agri facta mentione; & quod ideo ei in hoc Regno nihil debeatur, tenet, probat, atque defendit cum Couarru. *vbi supr.* ceterisque præcitatis, Molin. Theolog. *d. conclus. 56. col. 371. versic. Paludanus* cuius consuetudinis etiam meminit Azeued. *in dict. l. 1. num. 6.* & opinionem Palud. *vbi supra* sequitur, & probat Aragon. *de iustit. & iur. quæst. 66. artic. 5. versic. de illis autem. pag. 426.* & latissime comprobat Salon *de iustit. & iur. dict. quæst. 66. artic. 5. conclus. 6. col. 1303. in fin. & col. sequenti.* vbi citat eam tenentes Paluda. D. Anton. & Couarru. *vbi supra*, atque Alfons. a Castro *de leg. pœnal. lib. 2. corola. 3.* & inquit, quod eam tenent omnes fere recentiores, & quod est iam vsus apud omnes fere nationes, thesauros inuentos in proprio, vel illius priuati fundo, cum primum id Rex nouit, illos sibi applicare, data inuentori, vel domino fundi quinta parte, & quod licet in aliquibus partibus non sit talis consuetudo, *vt per Sotum.*; at in Regnis Castellæ illa reperitur, imo est condita de eo lex, nempe nostra, de qua agimus, quam ibi citat, qua habetur, vt omnes thesauri sint Regis, data inuentori quarta parte, & quod in Regno Valentiæ seruatur ius commune supra explicatum: De Regno autem Franciæ, & Portugalliæ agit Barbos. *vbi supr. ad fin. d. §. fi. fundum.* Et ita obseruandam esse censeo vigore dict. consuetudinis generalis, quæ ita nostram l. 1. Regiam huius *tit. 13. De los tesoros.* interpretata est.

56 Tametsi prædictam consuetudinem damnet, † esseque in ualidam probet Sylueft. *in summa verb. inuentum. num. 13. Tabiena. verbo restitutio. num. 27. ad fin. & Soto. lib 5. de iustit. & iur qu 3 artic. 3. versic. secundum argumentum. & Conna. lib 3. commentar. cap. 4. ad fin. & Barbos. in dict. §. fi. fundum sub num. 49.* ea præsertim ratione, quia prædicta consuetudo magis per violentiam, quam moribus vtentium fuerit inducta, & ideo non debeat habere vim legis, *iuxta notata in cap. fin. de consuet.* & quia cum thesaurus, ratione siue æquitate naturali, inuentori concedatur, vt *in dict. §. thesaurus. Inst. de rer. diuis.* non debet facile admitti consuetudo, quæ repugnet naturali rationi.

Hæc namq; Sylueftr. & sequacium opinio falsa est, & non tenenda iusteq; induci potuit prædicta consuetudo, vt censent prædicti primi auctores. & Caiet. a Couar. *vbi sup.* allegatus dum eam referunt, minime improbantes, vt obseruat idem Couarru. Neque ratio Sylueftri, & sequacium sufficiens est. Licet enim ratione naturali ea, quæ in nullius bonis sunt, occupantis efficiantur, non tamen ex hoc tollitur potestas Principibus, quibus administratio Reipubliæ commissa est, quin possint ea, quæ in nullius bonis sunt, priuato domino applicare, post quam applicationem, qui ea occupauerit, non occupat, quæ nullius sunt, sed quæ iure humano dominiũ habent, tradit Conradus *de contract. 1. part. q. 8. & 9. ac potentissime 10.* Ergo thesaurus, priusquam inueniatur, poterit per leges humanas alicui applicari, vel insolidũ, vel quoad partem, sicque applicatus dari debet his, quibus lex humana iussit, & statuit dandum esse. Præterea, quia si ratio Sylueft. vera esset, eadem profecto fateri deberet ipse, iniquam esse legem, quæ thesaurum inuentum in fundo alieno pro parte dimidia statuit ad dominum agri pertinere, non ad inuentorem totum, & tamen nemo vnquam eam legem, siue leges hoc statuentes damnauit. Sed imo D. Thomas, & ceteri Theologi de hoc agentes, eas, vt iustas, probarunt, & admiserunt: lege vero naturali nulla pars thesauri domino fundi debetur, non magis, quam si quis rem propriam in agro alieno derelictam dimittat, illa namque res non pertinebit ad agri dominum, sed ad eum, qui primo illam occupauerit; Ergo quemadmodum lex potuit dimidiam thesauri partem domino fundi adijcere, ita etiam possit eandem partem, vel totum thesaurum Fisco, vel Regi ad onera publica sustinenda, soluendum, atque reddendum esse, statuere, vt recte argumentatur Couarru. *vbi supr. vsq; ad fin. cap.* Nec his rationibus sufficienter respõdet Barbosa *vbi sup. d. n. 49.* vt videre licet. Remaneãt ergo fundamenta Couarr. insoluta, & suam nostram; hanc sententiã vrgenter probantis, vt etiam docuerunt late Salon. *colu. 1304. cum seq.* & Molin. Theolog. *vbi sup. col. 372.* affirmans, quod vterno Couar. contrariam sententiam Soti impugnat, quorum fundamentum aduersus Sylueft. & sequaces mihi multo plus placet, quam Barbosæ. Fit igitur ex supra dictis, quod lex Regia, & consuetudo generaliter huius Regni, eam interpretans, iuste, ac valide potuerit inducere, thesaurum vbicumq; inuentum esse Regis, atq; ipsius Fisci, data quarta parte inuentori illum statim prodenti, atq; si aliqui stanti, vt recte concluſit Salon *vbi sup. concl. 6. col. 1303.* dicens, quod Rex, vel Respublica potest constituere legem sanctam, & iustam, qua statuatur, vt thesaurus quoque inuentus in proprio, & peculiari agro, vel domo alicuius priuati ciuis, sit totus Regis, seruata aliqua parte inuentori, vel domino loci, in quo inuenire ur. Hæcq; lex, siue consuetudo, cum sit iusta, & non penalis, obligabit quoq; inuentorẽ in conscientia ad denuntiandũ Fisco, & restituendum ipsi thesaurum, vbilibet inuentum minus quarta parte, quæ sibi ab eadem lege, & consuetudine defertur; idq; nuncupatim constat ex Couar. *vbi sup. d. n. 4. in versſed eius sent* & Molin. *vbi supr. d. disp. 56. in fi.* vbi q. Caiet. Nauar. & ceteri Doctores affirmant, in foro conscientiæ circa thesauros legib. ciuilib. cuiuslibet loci esse standũ, quod sane secund. Moli. non affirmaret, nisi existimaret potestatem esse in Rep. ad thesaurorum dominium, iustis de caussis, quib. placeret applicandus. Idẽ probat Aragon *vbi sup.* dicens, sibi tutũ videri in hac re, q; in acquisitione thesaurorũ vnusquisq; suę Prouintiæ leges sequatur, nisi manifestã contineat iniquitatem: quidquid Soto vbi supra contrariũ teneat, dicens, quod Rex nõ posset iusto titulo, quartã, vel quintã partẽ ab inuentore exigere, & sic in Hispania, hoc non esse in vsu, nec vbi esset, ex stimat, conscientias obligare, sed posse inuentorem, secundum ius commune tuta conscientia

totum thesaurum possidere, sed alii*, & multo probabilius placet, istam l. Regiam actu præcipere, vt sit Regis, & de facto applicari Regi, & sic remanet prædicta obligatio in conscientia, vt prædiximus, vt etiam dixit, & probat Salon *vbi supra, colum. 1306. versic. sed cum tales aduersus Soto vbi supra*, cum Couar. & Castillo, & tandem inquit, quod ita est sentiendum.

57 Deducitur † etiam ex eisdem, minime posse procedere, quod existimauit Auenda. *vbi supra dict. cap. 4. nu. 13. in 7. conclusione 1 part. cap. Præt.* nempe, quod dispositio nostræ l. Regiæ *1. titul. 13. lib. 6. noua collectio. Regiæ*, non habet locum in eo, qui iam inuenit thesaurum, & apprehendit in dicto fundo Regio, quia tunc dimidiã partem habebit dicti thesauri, sed loquitur in eo, qui denuntiat tantummodo, esse thesaurum, vt a iudicibus apprehendatur, & detur Regi, & sic loquitur ante realem apprehensionem, & actualem, hoc est, in casu quo tantum sit scientia loci, & thesauri ibi reconditi: si autẽ iam apprehendisset thesaurum, deberetur dimidia pars inuentori.

Hæc namque opinio, & intelligentia Auendani falsa omnino est, tum quia lex nostra serio dixit, *Qualquiera que supiere, o oyere dezir*, vt in primis illis verbis, *Supiere*, de certa scientia, & intelligentia procedat, & intelligatur, siue ex inuentione tantum, vel ex inuentione, & apprehensione, quæ est certior scientia; & in verbis sequentibus, ibi, *O oyere dezir*, vt auditum tantum significaret, tum etiam quia iuxta communem, & generalem consuetudinem prædictam huius Regni, quæ valida est, & obligat etiam in conscientia, vt præmisimus, & quæ sic interpretatur nostram l. Regiam, inuentori thesauri, illum manifestanti, statim tantum debetur quarta pars thesauri inuenti: Fisco vero reliquæ tres quartæ partes, & ita merito Auendanum in hoc reprobat toto ore Azeued. *in dict. lege 1. nu. 4. tertiõ.*

58 Rectius autem idem Auend *vbi supr. in 7. conclus. vt. item d. l.* docet l. nostram procedere in prodente, & manifestante thesaurum in terminis loci, vbi ipse moratur, non vero extra eos, vel illius territorium: non enim licet fodere terram ad inquirendum thesauros, vbi quis non moratur, vt patet ex *d. l. 45 tit 28. p. 3. & l. 3. & 4. c. 2. huius tit. 13.* permittente, vbique fodere terram, loquuntur, non quoad inueniendum thesaurum, sed mineras auri, vel alterius metalli, quod iure probat Chassan. & cũ eo Azeued *hic num. 4.* qui ex verbis nostræ l. *Donde morare o en su termino ouiere tesoro.* probat, & veram esse censet opinionem hanc Auendanni.

59 Mineralia autẽ, & venæ auri, argenti, & cuiuscumq; metalli, stando in iure naturæ, sunt domini fundi, & in bonis ipsius, quia ista non sunt velut thesauri abscondiri supra hominum memoriam, sed velut fructus, & partus terræ: fructus autem terræ sunt domini terræ, sicut & ipsa terra, cuius est dominus.

60 Hinc † est, quod stando iuri naturæ, non potest aliquis emere agrum alterius, in quo sit aliquod minerale, quin manifestet illud domino vendenti (quanuis secus sit in thesauro: *vt supra retulimus*) quia cum minerale sit fructus terræ: est res ipsius venditoris, & in quam habet ius dominii, sicut & in agrum, quanuis eum lateat, vt recte probat Salon. *de iust. & iure. q. 66. art. 5. supr. D. Thom. conclus. 7. col. 1307* Habebit igitur in hac specie locum remedium. *l. 2. cum simil. C. de rescind. vend.* si forte deceptio, vltra dimidiam iusti pretii ratione, dicti mineralis, quanuis ignorati a principio, interceserit, quod non est in thesauro rationibus prædictis.

61 Secundo † deducitur, quod inueniens in proprio fundo huiusmodi minerale, potest illud sibi reseruare, vt rem suam: in agro autem alieno, sine casu id inueniat, siue adhibita industria, totum erit domini agri, quia est in bonis ipsius tantũm, & res eius; ita Salon vbi supra.

Sed † de his mineralibus habemus Hispani leges patrias huius *tit. 13.* disponentes, quod in eis seruandum est; & insuper asias nouiores, datas cum plurib. capitib. a Rege nostro Philippo II. anno 1584. *in San Lorenzo el Real*; quæ proculdubio validæ & seruandæ sunt, vt patet. 62

Iuxta † igitur has ll. particulares Hispaniæ, & huius Regni consuetudinem, omnia mineral a cuiuscunque generis metalli, vbicunq; inueniantur, sunt Regis, deductis expensis, & aliqua parte data inuentori, & domino agri: Lege nãq; tertia huius tituli 13. statuitur, omnia mineralia esse Regis, vbicumq, existant; nec licere alicui, absq; licentia, & priuilegio Regis, ea alicubi quærere, aut fodere, reuocata l. Regia antiquiori contraria. Simili l. 4. eiusdem tituli idem Rex noster appropriat sibi dominium omnium minarum, metallorum; & reuocat omnem gratiam, cuicumq; personæ factam; apponitq; quasdam conditiones, & modificationes. Vnde in Castella per huiusmodi ll. sunt Regis metalla omnia & merito *secund. Salon vbi sup.* quia huiusmodi sunt quidam fructus, & partus terræ producti ab ipsa ad tuitionem, & decorem, vnde ipsius esse debent, cui incumbit terræ defensio, & protectio, qui est Rex. Secundo, quia non sunt quinis fructus terræ, sed optimi ipsius, & præstantissimæ, & abundantissimæ diuitiæ, quæ iolan Regiam Maiestatem, & non priuatum ciuem decent. In Regno Valentiæ idem obtinuit consuetudo, quæ iam habet vim legis, vt metalla omnia sint patrimonia Regii; & ita in Castella, & in eo Regno Valentiæ nemo illa potest quærere, aut fodere tuta conscientia, sine licentia ac priuilegio Regis: quod si contra faciat, quidquid acceperit, deductis expensis, tenetur restituere vt bona, quorum Rex est verus, & legitimus dominus. In alis Regnis, & Prouinciis, standum est priuatis legibus, & consuetudinibus cuiusque loci. Ita Salon. *vbi supra.* Et recte.

SVMMARIA.

1 *Repertus in via, vel itinere extrahens res prohibitas ab his Regnis, an possit iuste pœnis legum huius Regni puniri? & nu. seqq. num. 2. refertur distinctio Capolla cõmunter recepta, n. 3. alia de qua etiam nu. 174. & n. 4. iudicium auctoris, n. 5. ex supra dictis alia distinctio colligitur, & locus conectiuus relinquitur; & n. 2 seq. ponuntur nonnullæ conectiuæ.*

6 *Repertus ire per deuia, & extra vias vsitatas præsumitur exportare contra diuentum, sed imitigitur, vt in n. 8.*

7 *Præsumitur contra eum, qui ingreditur, vel egreditur aliter quam per portas.*

8 *Repertus cum frumento in confinibus territorii per custodes deuenti, præsumitur, quod velit exportare: idem si reperiatur in confinibus illius ciuitatis, vt vix ipse negare sufficiat, vt in n. 10.*

9 *Repertus cum rebus prohibitis in cabanna, seu tugurio ibi non a forte trahens, vel propter pluuiam, vel ad præbendum pabulum equis, & esset at. se ipsum pœnitusse, & velle transferre ad domum rei ipsius ad euadendum pœnam: poterit nihilominus arbitrio iudicis puniri, & n. 35.*

17 *Repertus in via exportare res prohibitas ex verbis antè prolatis, ase profe, si præsumitur id exsequi, nec voluntatem mutasse.*

13 *Exportans res prohibitas veluti frumentum, dicens, id deferre ad domum seu possessionem alicuius vicini, si ille neget, ratione mendacij puniendus.*

14 *Repertus in via exportare rei prohibitas ex qualitate*